

midiatum digitum, jam id bene tabula aut manibus, aut pedibus complanato. Reliqua spuria sunt, & præter ordinem irreplerunt. Pergit Cato. Si quando non pluet, uti terrastis, aquam irrigato leviter in areas, si non habebis unde irriges, gerito, indiroque leviter, quotiescunque opus erit facio uti aquam addas, si herbae enatae erunt, facio uti ab herbis purges, quam tenerrimis herbis (vox postrema spuria, & supervacua, omnino delenda) & quoties opus erit purges per astatem, ita uti dictum est, fieri oportet, & ubi semen satum sit, stramentis operiri oportet, ubi germen nascere ceperit, tum demi. In veteri codice, germen nasci, ita scribe, vel lege germinascere. Hæc Cato. Eadem de cypresci tradit iatione cap. 48. Illud notandum, quod scribat, rigari debere cypressum, finumque addi. Contra Theophrastus lib. 2. cap. 8. histor. εἰς τὸ κυνέατον ὁ θεόπραστος οὐδὲ φίλονεγράμμα ἐπιτίθεται φασι, τάχα τινα δύναται ἡφαῖτων πολλά. Sicut cypressus que nullo puto sumum, nec aquam concupiscit, sed etiam emori dicitur, si copiose novella adquetur. Theophrasti sententiam probat ipsa experientia; & hortuli nostri damno didici, cypresci è semine natam crebra rigatione perire, modica lædi, pluvia etiam terraque humida nimis nocet. Catonis tamen sententiam probat Cassianus Bassus lib. 12. cap. 6. καὶ οἱ μάλιστοι καρπὸι εἰς τὴν σπηλαιῶν τοῖνος. (M. S. καρπὸγεις & σπηλαιῶν, vulgata placet) gaudet autem humidis magis & operatis ac protectis locis. Apertos amare colles, testatur Bellonius, ubi de Creteni cypresso hæc tradit; Cupressi in sylvis (id est, locis opacis) non crescunt, ut plerique existimaverunt, sed sparsim variis montium locis, liet istic fate non fuerint. Meridiano tamen sole gaudent, ejusque sunt nature, ut insima parte recisa, ex parte tamen radicibus proxima multis ramis repullulent. At eo loco in altum non asolluntur, sed in crassitudinem excrescent, propterea capsae reperiuntur ex cypresso in Candie urbe paratae. Natu, inquit Plinius, morasim esse. Theophr. lib. 1. de caus. c. 9. difficulter nasci tradit. φίλονεγράμμα τὸ παρεργόν τὸ διάφορον τὸ πύρινον, οὐδὲ αἷμα, δυοτετράκις τοῦ τὸ θυμόπορον τὸ πάχυτον πολὺ τετράκις, η ἀιφόνα καλύπτει, τοῦ γόνου ἔνθετον τὸ περιττόν. Vide commentarium Magni Scaligeri. Frustra, inquit, esse supervacuum. Cessit ea res in proverbium, κυπερότον καρπός, de re pulchra quidem & speciosa vilu, sed prorsus inutili. Quare Phocion, quum Leosthenes Athenienses in bellum impulisset, illius verba dicebat cupressis esse similia, quæ cum speciolæ essent, fructum tamen ferrent inutilem. Plutarchus in Phocione, Οἱ λόγοι σου (εἶπεν Phocion) ἀ μετεπικλεοντος κυπερότον καρπόν, μετέπει γόνοντος καὶ υψηλούς οὐ φίλονεγράμμα, Oratio tua (inquit Phocion) adolescens cupressorum similis est: hæ enim grandes sunt & excelsæ, sed non ferunt fructum: subintellige xeniūtous, utilitem. Ipse enim Plutarchus in sympos. lib. 2. quæst. 6. fructum ferre scribit, sed ignobilem. τούτον δὲ καὶ κυπερότον οὐ τακτικὰ πάντα γέγονε καὶ ἀγέντα τούς κυρτούς ἐφέρει. οὐτούς γόνοις οἱ πελοποννησικοὶ κυπερότον οὐ σύγκανον οὐ ποτὲ τολμάσοντες. (τούς γόνοφόν εἰς τὸ πάχυτον καρπολαβούστες οὐ ποιοῦσι οὐτε αὐτὸς οὐδὲ θάμνος σφραγιστός) οὐταν τὴν τούτον τὸ δένδρον τὸ τερφόν διπλανώντα πάντας εἰς αὐτὸν διαπλανόμενος, εἰσιναντεῖ τοῖς μετρητοῖς εἰς αὐτὸν εστατεῖται, προτοῦ δὲ τὸ ιδρὺ οὐ φίλει, τὸ δὲ φίλη μετρητοῦ καὶ τοπετελούμδρον βραδίσει. Pinum autem & cypressum & alias id genus arbores cernimus omnino parce ac malignè fructum ferre. Sicut enim qui mole carnis graves sunt, si plerumque prolem non procreant, consumpto in ipsis corpus alimento, ita ut nihil genitalis excrementi relinquatur; ita istiusmodi arbores nutrimentum omne in se absumentes, in magnitudinem exereunt amplam: fructum autem non ferunt, vel exiguum, & qui tardè perficiantur. Tardè quidem maturescit cypresci fructus, sed inter minimos non est, nisi ratione arboris id quispiam dicere velit. Certe Pini reperitur genus, cuius fructus cyprescino non major, arbor tamen magnitudine cypresso non cedit. Nihil de platano, ulmo, aliisque dicam arboribus maximis. In medico etiā usu non est immutilis cypresci fructus. Qua ergo ratione parvus, supervacuus, aut ignobilis dici possit, non video. Fructum hunc Plinius torvum dicit, vocatque baccam. Varro lib. 1. de re rust. cap. 40. galbulum vocat. Ubi ait, Quedam enim ad orientium sunt usque adeo parva, ut sint obscura (ita codex antiquus, ita Colonienis apud Ioannem Gymnicum excusus; in recentioribus vero scriptum est, quadam ad gerendum propterea usque adeo sunt parva, ut sint obscura, quæ ipsa valde sunt obscura) ut cypresci: non enim galbuli qui nascuntur, tanquam pilæ parvæ corticie id semen, sed in his intus primigenia semina dedit natura. Habet hæc Varro ex Theophrasto libr. 1. de caus. cap. 5. καρπούτον τὸ κυπερότον τούτον γόνοντος οὐ φίλονεγράμμα τὸ φαριγγεῖον εἰσι, ἀλλὰ τὸ τετράδρον εἰς τούτῳ λεπτόν, & ἀστραπτούμδρον οὐ αὔμενον, τοιούτους enim fructus non id totum est, quod pilæ speciem ge-

rit, sed quod galbulia innascitur tenuerit, exile, furfurosum. Vide ipsum locum & commentarium. Fructum pilularium appellat Plinius libr. 16. cap. 10. galbulum vocat Varro. Turnebus globulis pro galbulis legendum contendit. Negat id Cl. Scaliger junior, qui & galbulis vel galbulis, ut vulgati codices habent, veram asserit lectionem; quod si globulos dixisset Varro, jam usurpatum vocem etiam vulgo notissimam, & quae non indigeret explicationem: quid enim globulus sit, id & pueris notum fuisse. Sed cum in *timoribus*, postea utatur Varro, & galbulos interpretetur, tanquam pilas corticeas, vult Scaliger ipsum manifeste indicasse vocem non omnibus notam se usurpare, sed quae opus habuerit interpretationem. Præterea in gloriariis antiquis, quae penes Scaligerum sunt, ita ut ait legitur, *galbulus baca*, *magno*. Turnebus uititur Theophrasti auctoritate, qui *φαριξα*, inquit, *appellat*, ut sine controversia *globulus* *Varronem scripsisse nobis* constet. Haec ille libr. 20. cap. 16. adversariorum. Cl. Scaligeri ratio nobis major videtur. Galbulum hunc Plinius torvum dicit: An quia gustanti torvam faciem reddit? An quod ipse fructus maturus in rimas fissus torvus videtur? An quod asper & indomitus? Quippe torva vina dicuntur, quae aspera, & indomita, & immitia sunt. Non valde amarum folium, ut Plinius ait, nec odor adeo violentus, ingratus tamen, ideoque umbram haud gratam faciens. Materie, porro inquit, esse rara, ut penè fruticosi generis videatur. Hoc de Cretica accipe cupresso, quae succidi solet; alioquin (ut Theophrastus lib. I. cap. 8. docet) procero & longo caudice, sed tamen macilento constat, nullamque (ut capite sequenti docet) sobolem proferrit caudexque in longitudine assurgit. Quae sane arborēm non fruticem esse coargunt. *Femina*, ait Plinius, *sterilis* est. Supra cap. 16. hujus libri, mares ferre fructum negat. *Fit differentia & ex sexu*, in iisque mares non ferunt. Aliqui hoc permutantes, mares esse quae ferunt tradunt. Theoph. lib. 3. cap. 6. latis aperte mares steriles tradit; quo modo ergo Plinius *femina* *sterile* ait? An ex his est qui permutarunt receptam sententiam, ac feminas steriles dicunt? Cassianus Bassus libr. supra citato, latis clare marem sterilem, inquit, *xυμετερες οἱ ἄρσες (apples) ἀγροὶ τοι*. *Cyparis* *sus mas* *sterilis* est. Eadem Plinii sententia libr. 17. cap. 10. Ergo & *cypresso* *famina*, (*mas enim ut diximus non agnoscit*) pilulae collectae. Corruptus Plinii codex. Recte Pintianus corrigit, *Femina* *spreta* diu. Ita legendum quae sequuntur docent. Meteādum aspectū non repudiata, distinguendis tantum pinorum ordinibus. Diu, inquit, spreta fuit, tandem autem cum aspicerent meteā in modum pulchre & affabre satis assurgere, recepta fuit in hortis, nec amplius repudiata. Sed quomo- do distinguebant ordinibus pinorum? Id fieri (ut Dalcampius monet) duobus modis solebat. Aut cum in singulis ordinibus duabus pinis cypressum unam interponebant: aut cum duobus pinorum ordinibus, cypressorum ordinem unum interserabant, venustatis gratia, elegantisque & jucundi aspectus. Sed vult Pintianus pro pinorum, vinearum, legendum esse. Idque auctoritate Varronis qui libr. I. de re rustica cap. 26. ait. In omni vinea diligenter observa, ut ridicula vitis ad septentrionem versus figuratur, & si cypressos vivas, pro ridiculis inserunt, alternos ordines imponunt, (imponunt pro interponunt, cinqvatu, ad imitationem Græcorum,) neque eas crescere aetates quam ridiculas patiuntur; neque propter eas afferunt vites, quod inter se hec inimica. Omnis scribendum, ex veteri codice, neque eos crescere altius, Intelligit enim ordines cypressorum. Non vult autem eas crescere ultra modum ridicularum. Ridicula pedamenta sunt vinearum, que fieri solent, ex quercu, juniperu, ulmo. Vide cap. 8. libr. I. Varr. Columel. lib. & cap. 2. Legendum etiam, ut recte monet Cl. Iosephus, Scaliger, Neq; propter eos ut adserunt, vites. Neque, inquit, propter eos ordines. Ita adseruntur arbores, ut adseruntur vites ulmis maritandis, quae dicuntur propterea adspicere vites. Compendiose ergo suo more dixit, pro, neque propter eos ordines cypressorum ita ponuntur vites, ut adseri solent ulmis. Hoc est, non maritandæ sunt cypressi illis vitibus, sed interjiciendi ordines vitium, ut vites non adspicere ad cypressos videantur, quemadmodum ad ulmos solent, sed uti cypressos scandant, ut in rumpis & traducibus fieri solet. Ad hunc morem videtur respexisse Plinius. Nunc vero *conifilis* *ficta in densitate parietum*, id est, vestiendis parietibus. Domocritus ad jacunditatem & munimentum totius edificii nasci vult. Δημόκριτος δὲ φησι, ἐν ἴδεσθαι τοῖς θρυκοῖς τὸν καπνόν τοῦ δὲ φυτίου, ἵνα κατ' αὐτὸν τοῦτον εἰς τοῖς οὐρανοῖς πέσῃ. Domocritus inter sepem ac muros planari debere cypressum tradit; ut ad delectationem, & sepimentum

mentum totius aedificii, ac quasi munimentum nascatur. Pergit Plinius. coercitaq; gracilitate perpetuo tenera. (Liberal optimus pro tenera habet tere. Legendum, coercitaq; gracilitate tere, id est, ex longo & rotundo, cuiusmodi est figura cylindri assurgit, adeo, ut rami circumquaque quasi torno videantur esse detriti.) trahitur etiam in picturas opere historiali, venatus, classique, & imagines rerum, tenui folio & vidente supervestiens. Illud opere historiali mirificum est monstru. In M. S. (ut notat Dalecampius) peri historiarum habetur, quod aequum monstrosum. Legit Pintianus, trahitur etiam in picturas operis topiaris, venatus classique, & imagines rerum tenui folio breviq; & vidente semper vestiens. Quomodo apud nos juniperus, buxusque facere solent, in principum, & divitium hortis, quandoque cygnum, aquilam, navem, aliasque restegere solent, adeo, ut navis ē buxo juniperoque videatur. Duo, inquit, porro post Plinium, cupressi esse genera, marem, & feminam eamque metam vocari tradit, quod in metam attollatur. Ovid. 10. Metamorph.

*Adfuit huic turbæ metas imitata cupressus,  
Nunc arbor, puer ante deo dilectus ab illo  
Qui citharam nervis, & nervis temperat arcum.*

Meta dicitur quod è lato in acutum definit; metæ fœni vocatur, quæ ita congesta est, ut inferiore parte latior sit, superne in angustum desinens. Columella lib. 2. cap. 19. Certe quicquid ad eum modum, quo debet, sicut erit, in metas extrusi conveniet, easque ipsas in angustissimas vertices excutit. Meta ergo congeries, inferiore parte latior, desinens in acutum, quod Latinis meta, id Græcis κῶνος.

Virgil. 3. Æneid.

*— quales cum vertice celso  
Aereæ quercus, aut conifera cyparissi  
Confliterant, sylva alta Iovis lucusque Dianaæ.*

Coniferas non dixit cupressos, quod fructus sit coni effigie, ut video quosdam interpretari; sed, quod arbor κῶνος metæque instar conspiciatur, quippe rami inferiores latè expanduntur, sensimq; in acutum definiti; adeo ut κῶνος ipsa videatur arbor, vel coni referat ideam. Hinc eidyl. 27. Theocr. οὐλαρνα πάντα τοις ἀργεῖσι κυνηγοῖς, populique, platanique & coma in acutum definitente prædictæ cupressi. Pergit Plinius, utraque autem mittitur in perticas afferentesq; amputatione ramorum, qui 13. anno denariis singulis veniunt, quæstuosissima in satus ratione sylva; vulgoq; dotem filiarum antiqui plantaria appellabant. Hic rectè doctiss. Salmasius plantaria appellasse antiquos dotem filiarum, mirum esse ait, nec usquam lectum; monetque, alios libros sic scribere, vulgoque dotem filia, antiqui plantarie appellabant. Scribendum potius ita esset, vulgoq; dotem filia antiqui plantari (vel plantare) appellabant. Vt triusque notā incertus ac dubitans adscripsit librarius, quod erat quæstuosissima illa ratio cupressum plantandarum ad perticas. & afferes, cum eas pangebant, vulgo dicitabant antiqui, dotem filia plantare se. Sic Salmasius. Procera est arbor cupressus, caudice longo, surrecto, glabro fastigio acuminate, ramis compluribus in orbem cingitur, qui non in amplitudinem diffunduntur, sed secundum caudicem assurgunt, cacumen tamen non attingentes, coni similitudinem effingunt: ligni materies odorata, firma, solida, dura, compacta, sublutea, ferè sandalorum luteorum, sed paulo dilutiore colore, nec cariem nec vetustatem sentit, nec odorem amittit, nec fissuram sponte capit; quare capsæ, mensæ, arculae ex hac confici solent. Narrat Thevetus, se, cum in Ægypto esset, vidisse Damiatæ capsam quandam ex cupressi ligno fabricatam, in terra, uliginoso loco, decem pedibus altius defossam, & probris incorruptam & integerrimam inde extractam, cum sepulta fuisset, ex quo Sultanus Selinus Ægyptum subjugavit. Folia oblonga, teretia, sabinæ bacciferæ viridiiora, carnosiora tamaricis, perpetuo virentia. Fructus ad ramulos dependent larignis conis ferè aequaliter, sed tamen crassiores & cōpactiores, duriores, speciosiores, ovi columbini magnitudine, qui per maturitatem sponte in ramis fatiscant, semenque deinde elabitus, ac vento impellente excutitur, parvum, planum, compressum, furfurosum, prætenue, obsoleti coloris, quod formicis gratum, ciboque ab ipsis expeditum. Plinius lib. 17. cap. 10. Ergo ē cupresso fæminina (mas enim, ut diximus, non gignit) pilule collectæ, quibus docui mensibus, siccantur sole, ruptæque mittunt semen, formicis mire expeditum, ampliato etiam miraculo, tantuli animalis cibo assumi natalem tantarum arborum. Fructus teranno colligi possunt ut Plin. lib. 16. cap. 17. docet. Trifera est & cupressus; Namq; bacca ejus colliguntur mense Ianuario, & Mayo & Septembri, ternaque earum gerit magnitudines. Caudex resinam etiæ fundit modicè liquidam,

### Cupressus.



larignæ consumentæ similem, sed sapore acerrimam, odore haud ingrato. Plin. lib. 14. cap. 20. In oriente optimam resinam tenuissimamque terebinthi fundunt, deinde lentisci, quam & mastichem vocant; postea cupressi acerrimam saporem. Liquidam omnes, & tantam resinam. De cupressi materie, ejusque diurnitate vide libr. & cap. 5. histor. A cupresso venio ad sabinam, arbustulam magnitudine multum cedentem, foliis tamē haud multum dissimilem. Vulgata est & recepta jam sententia, sabinam a Romanis esse vocatam à Sabinorum regione, quod in ea frequens & copiosa nasceretur. Græcis βεργίου, βεργίου & βεργίου dicitur. Absyrt. βεργίου συλήνης ή την βεργίου. βεργίου, dicitur quod βεργίου tarde in altitudinem crescat. Eadem βεργίου vocatur. Dioscorides lib. I. c. 104. ubi arborem hanc ejusque genera describit. βεργίου ίνοι βεργίου καρδοι. ίνοι διατρέπονται δια βεργίου μορφη, διμητρη, καλλονη δια τη διδογη, η εις πλατιτερη μεταλλοι καρδοι. ξερνται δια πινη της φύλλων αντιθεματα. το γιπερη μεταλλη της φύλλων ομοιοι, &c. Sabinam nonnulli barathrum appellant: cujus duo sunt genera. Vnum quidem est cupresso simile, ac spinosius, graveolens, acre ac ferventis naturæ, curta est arbor, ac sepe magis in latitudinem fundit: Foliis quidam ad suffitum utuntur. alterum genus est folio tamarici simile. Plin. lib. 24. cap. 11. Herba sibina brathy appellata à Græcis, duorum est generū; Altera tamarici similis folio, altera cupresso. quare quidam Creticam cupressum dixerunt, à multis insuffitum pro thure assumentur, Dioscorides βεργίου vocari tradit. Apud Diodorum vocem hanc reperi afferunt. Locus quem citant, in vulgaris codicibus his verbis lib. 2. ubi de Arabia agit, scribitur, εἰ δὲ τοῖς ὄποις οὐ πότερον ἡλέτην, ἡλέτην οὐδέποτε οὐδὲ τοῦτο οὐδέποτε αὔξενον. Veruntur. Montes non tantum abietes & tædas (tæda, ut supra dixi, morbus arboris. Verte pinos) sed etiam cedros & juniperos, & quod agyreum (alias gyration; notat enim interpres in quibusdæ codicibus M. S. legi γύρων) & boraton) vocant, affatim producunt. Videtur legisse interpres, ιοντος η δεκάδες απόλετος, η τὸ κατανόμων βεργίου. Vtrum sic in M. S. & antiquo legatur codice me lateat. Hanclectionem doctiss. probat Salmas. qui à Dioscoride βεργίου sabinam dici refert, cum in vulgaris βεργίου, legatur. Auctuarii auctor ab aliis baryton, ab aliis baron vocari tradit, οἱ δὲ βαρόνες, οἱ δὲ βαρόνες. Παραποτέρα οὐδενα. Utrum, βεργίου legi debeat, contendere nolo; facilis unius litteræ lapsus, vidi enim & alios ita legisse; Illud tantum quæro, utrū Diodoro βεργίου sit sabinæ? Quippe quod, quantum mihi constat, nemo prodidit sabinam nasci. Negare tamen nolim, in eadem reperi quoddam fabiane genus. Neophytus in glossis jarricis βεργίου, inquit, cedrum esse magnam, & à brathy sabinæ ditinguit. βεργίου

γιον κυπριαστος Κρητικος. Βορειος κιδης μεγαλη, η αγριου πανεπιστημονικη, brathy cypressus Cretica, boratus cedrus magna, quae & sylvestris cyparissus. Cupressus Cretica sabina ut Plinius & Apuleius docent. Apuleius de virtutib. herbarum cap. 85. de sabina. Graeci eam nerion dicunt ( hoc ineptum & falsum, alia est arbor, quam rhododendron vocant, de qua vide que libro primo) alii Brathy, alii barython, Itali herbam sabinam, atque savinam, alii sabinum cupressum, cupresso similis. Borathon Neophytus inquit cedrum magnam. Diodoro si borathos cedrus magna, necesse est οιδηπον, ab eodem dictam, non aliam esse quam minorem, quam oxycedrum vocant, à Theophrasto cedri nomine descriptam. & hæc de sabinæ, sive, ut alii vocant, savinæ appellationibus. Duo inquit esse genera Dioscorides, idem Plinius. Ωδηρος οιδηρος ιστος φυλλοις ομοιοι κυπαρισσιοι. Vox αινος, in veteri codice desideratur. Nescio etiam, cur quidam Botanici αινον κυπαρισσιον, uerbenæ legendum suspicuntur; cum apud Oribasium, Plin. & Apuleium ejus folia cyparissi similia esse legantur. Male οιδηρος, quidam interpretantur spinis horridiorē. Verte, spinosus; Quippe non ipsa arbor spinosa, sed folia quam cupressina spinosiora. Apud Oribasium βαρυστηνης, gravius olens, αινον βαρυστηνον, non valde magno discrimine legitur: sed Galenus ( ut Latinus codex habet ) sabinam aromaticam & odoratiorem inquit. In Graeco codice scriptum est. Βορειον την ισχυραιην ξηραιοντων ειναι ηγεται την τρεις ποιοτητας, αις κη την γενειαν Αγανακαιην οδηροντων κυπαρισσον, τοιων ον δε αιμονηρων αινον ειναι. Εις αινον ην, αρωματικην περηνην. Sabina ex numero est fortiter exsiccantium, idque secundum tres qualitates, quas in gustu pre se fert, similiter cupresso, nisi quod eo & acrior est, & ut sic dixerim, magis aromatica. Odoratiorem esse de suo addidit interpres. aromaticis plantis non opus est ut adlit sapor gratus, odor suavis & jucundus. Physe valerianæ radicem aromaticam scribunt veteres, cum odor sit maximè ingratus & foetens. Galenus lib. 8. simpl. Φοιδηρα παντοδε μην ιστον. Dioscorides libr. I. cap. 10. οιδηρη, ρεδη ζούλη την οργην περηνην οδηρον, odorata, atque adeo odore nardum emulanta, cum viroso quadam gravitate. Qua certe adeo non delector, ut ab ea horream; vel potest αρωματικην περηνην dici sabina, quod in thymiamate magis quam cypressus præstet. Aromatica enim ex eo nomen invenisse dicuntur, quod priisci his solis, antequam pecudes immolari consuetudo esset, in re divina uterentur, ab ιαγονια, quod Ionum lingua idem est quod precor. Certe sabinam locum in thymiamare non ultimum habuisse ipse Dioscorides testatur. Sed hanc fateor non esse mentem Galeni. prius magis placet responsum; vel, responderi potest, gustu magis aromaticam esse sabinam, quam est cypressus, odore magis aromatica quam sabina. Alia enim gustu, alia odore aromatica. Galenus libr. 2. de aliment. facultat. cap. 37. ubi de citrio agit. Τοιων οιδηρων ειναι ισχυραιην, ου την την οργην περηνην, αιδηρην οδηρην, την ζενον. Hoc suaveolens est & aromatum, non modo odore, verum etiam gustu. Si ad verba Galeni de sabinæ citata attendamus, reperiemus, ipsum non odore sabinam dicere magis aromaticam sed gustu. Præcessit enim ισχυραιην. De aromate ejusque natura vide que lib. 9. dicuntur. οιδηρων ισχυραιην. Malè in veteri codice ισχυραιην legitur. Vulgata lectio nititur auctoritate Oribafii, & experientia comprobatur. Non est robusta sed curta arbor, vel, ut Ruellius vertit, coactæ brevitatis, vitiata. Plinius herbam esse ait, eadem Pelagonii cap. 22. sententia. Βοραίον βορειόν λι Πομαίον οιδηρον. Herbam vocat Apuleius; Βοραίον, Hesych. Pessimè audit Plinius, quod herbam sabinam dixerit, multo rectius Dioscorides arborem, inquit, Plinius velit nolit, ad arboreis potius quam herbe delineationem accedere, fatueri debet. Quin ipse eorum, que scripsit parum memor lib. 16. cap. 20. inter arbores perpetuo virentes eam recenset; Harum generi folia non decidunt: oleæ, lauro, palmæ, myrto cupresso, pinis, edere rhododendro. Et quamvis herba dicatur sabina, rhododendron, ut nomine appetat, à Graecis venit. Hic locus errandi occasionem præbuit Apulejo, qui sabinam nerion vocari tradit. Puto scripsisse Plinium: rhododendro, & quamvis herba dicatur, sabinae. (non decidunt folia) rhododendron, ut nomine appetat, à Graecis venit. Alii nerion, &c. Apud Romanos ergo, licet arbor esset. Herba dicebatur sabina. Herbae fortassis nomen ei inditum, quod respectu procerarum arborum, cupressi, cedri, pumila admodum sit, ac herba videatur. Arbor enim est; sed, ut recte Ruellius, coactæ brevitatis. Nugantur strenue satis, qui mysterium quoddam Poëtis Grammaticisq; incognitum, in eo latere putant, quod herba dicatur, cum sit frutex, vel arbor pumila, nec simplex tantum mysterium scribunt, sed divitium, & quod ipsi effari nequeant. Fateor me ignorare, nec videre posse me, aliquod mysterium

rium latitare vel minimum, ne dum, ut scribunt, divinum; bene fecissent, si mysterium illud prodidissent. Σεριτη θυρη μη φύκος, &c. In veteri codice αινον την την οδηρην legitur. In suffitibus folia usum habuisse scribuntur, Plinius thuris vicem obtinuisse tradit. diis sacrificatam hanc fuisse Hesychius testatur. Βορειον την την ισχυραιην, sabina herba quædam, que in deorum sacrificiis locum haberet.

Virgil. in Cerri.

Herbaque thuris opes prisca imitata sabina.

In sacris thuris loco adhiberi præcipue solebat, à primis illis patribus, qui existimabant, deum sumptuosa sacrificia, & Arabicos odores, non pluris facere, quam tenuem & frugalem cultum è proximis locis paratu facilem. Huc spectat illud I. fastorum.

Ovid.

Ante Deos homini quod conciliare valerer

Far erat, & puri lucida mica salis.

Nondum pertulerat lachrymatas cortice myrrhas

Acta per æquoreas hospita navis aquas.

Thura nec Euphrates, nec miserat India costum,

Nec fuerant rubri cognita fila croci.

Ara dabat fumos herbis contenta sabinis,

Et non exiguo laurus adusta fono.

Sic & Propertius.

Flore facella tego, verbenis compita velo,

Et crepat ad veteres herba sabina focos.

De altera sabinæ nihil memorabile, nec plus, quam apud Plin. & Dioscoridem legitur, tradunt antiqui. Recentiores sabinam cupressi folio & brutam Plini eandem arborem, & veram lectionem, non brutam sed bratum vel brathum esse volunt. In vulgatis Plini codicibus lib. 12. cap. 17. legitur. Petunt igitur in Helimæos arborem brutam, cupresso fusæ similem, ex albido ramis, jucundi odoris accensam, & cum miraculo historiis Claudi Cæsaris prædicatam. Folia ejus inspergere potionibus Parthos tradit. Odorem esse proximum cedro, fumumque ejus contra ligna alia (alii codices exitialia, que noxiū, & venenatum vel gravem & injucundum accensa odorem mittunt) remedio. Nascitur ultra Pasitigrim, in finibus oppidi Sittacæ, monte Zagro. Hæc Plinius. Recentiores hanc arborem Paradisi esse volunt, quod qui velit, per me licet, credat. Videamus quibus argumentis probant brutam, vel, ut contendunt, bratum, esse sabinam. Que, inquit, in illo indice bratus arbor dicitur. (In indice, ut ajunt, correctiore legitur, de strobolo, enhæmo, bratus arbor, strobrum arbor. in edito vero habetur, de mastiche, ladano, bruta, enhæmo, & strobo, & styrace) editiones eam vocant brutam arborem, ut hoc etiam obiter addamus, quam arborem brutam, bruti quidem herbarii arborem paradisi esse volunt. Atque bratus vera lectio vel brathus. Verba Plini sic legenda; Petunt igitur in Elymæos arborem brathyn, cupresso fusæ similem, ex albidis ramis, jucundi odoris accensam, & cum miraculo historiis Claudi Cæsarū prædicatam. Brathus illa sive brathys, est Graecorum βορειον, quam Diosc. describit, quam Plinius ipse libr. 24. cap. 11. Latinis herbam sabinam dictam memorat. Sed hoc habet perpetuum Plinius, quod rem eandem, ex diversis auctoribus sumptam, diversam quoque putare soleat, ut sexcentis locis observavimus. Ex Claudio Cæsare arborem brathyn rettulit libro octavo, quam Arabes in Elymæos petebant ad suffitum faciendo: Quia apud Elymæos nascitur, & eam inde petebant Arabes, putavit esse diversam ab ea brathy, quam cæteri auctores Graeci memorarunt, que Latinis herbae sabinæ nomine veniebat, quanquam pumila arbor esset, non herba. Duo ejus genera, altera tamarici folium simile habebat, altera cupresso, hæc erat que in Elymeis proveniebat, quem fusæ cupresso similem ex Claudio Cæsare narrat Plinius. Dioscorides de hoc genere, τὸ οιδηρον — ισχυραιην, non in altitudinem assurgit, ut cupressus, sed funditur, ideo fusæ cupresso similem dicit. Creticam cupressum quibusdam appellatam idem Plinius asserit, & in suffitu pro thure assumptam. Sed de herba sabinæ ibi loquitur, que eadem prorsus est, cum brathy arbore Claudi Cæsaris. Savinarium hodie vocant, ab antiquo nomine. In multis Europæ hortis conspicitur, instar pumilæ cupressi, & in latitudinem potius fusæ, quam in altitudinem elatae. Hæc de bruta viri doctiss. & celeberrimi, qui non facile persuadebunt, bratum, vel, ut legendum contendunt, brathyn & sabinam eandem esse plantam. Sabina accensa, odorem emitte valde ingratus & horrendum; nec est exalbidis ramis, sed ramis interius rubentibus, exterius cortice tectis rufis: nemo, nisi sanitatis gratia, facile sabinæ folia insperget

get potionibus. Hæc verò sunt quæ impediunt sabinam & brutam eandem esse plantam. Fortassis etiam frustra contèdunt pro bruta: brathys, brathus, vel bratus scriben-dum. Qui juniperū majorē Clusii pro sabina cupressi folio agnoscunt, falluntur, quippe hujus juniperi folia obrusa neutiquam pungentia; sabina alia tamaricis folio, alia cupressi. Sabina tamaricis folio, arbor est, qua in altitudinem efferi non solet, sed humilis, ac brevis arbustula in latitudinem potius, quam longitudinem se diffundens;

## Sabina.



ramos edit flexiles & contumaces, cortice subrutto te-tos, circa quos verno tempore, squamosum quid ac fungosum vnde cingitur, colore ex pallido rubente vel subluteo rubro, facie auriculæ Iudæ, sive fungi qui ad sambucum nascitur. Folia cum oriuntur cupresso similia sunt, deinde in foliorum tamaricis figuram abeunt, sed duriora sunt & aliquantulum spinosa, non tamen æque ac ea quæ cupressum referunt, graviter & valide olientia, acuto fervidoque gustu, perpetuo virientia, flosculos me-dio ferè Maij promit exiguos, quadrangulos, ex herbido luteos. Flosculorum rudimenta exigua jam Martio Aprilique ostendit. Cum in arborem grandiusculam excreverit, si non surculo sata fuerit, fructum fert, quippe quæ surculo propagatur sterilis manet, quæ è semine prove-nit fructifera est. Novella etiam sterilis, antiqua fructum fert, quod ignoravit Plinius, ut mox dicam. Fructus juniperinis baccis similis colore & figura, sed paulo major & gusto multo acrior, & resinofus. Altera, quæ cupressum refert, paulo procerior evadit, folia recentia & adhuc tenella tamaricis foliis proxima sunt, cum adoleverint cupressi foliorum figura spectantur, sed acutiora sunt, magisque quam alterius pungentia ac spinosa, sed non æquè gravi ac altera odore. Falluntur, qui hanc Thyam esse existimant, de quā Theophrastus lib. 8c cap. 5. Fructu enim caret cupresso simili, sed de Thya alibi. Non defunt viri etiam celeberrimi, qui sabinam cupressi folio negant Dioscoridis cupressum, quod fructum ferat, cum Dioscorides fructus non meminérunt. Majoris ponderis argumentum ex Plinio haurire possunt hic lib. 17. cap. 13. Sabina herba propagine seritur & avul-sione. Tradunt feci vini, aut è parietibus latere tufo mirræ ali, iisdem modis rosmarinum serunt & ramo, quoniam neutræ semen, rhododendrum propagine & semine. Ergo rho-dodendrum & sabina non eadem planta. Rectè ergo Plinius correximus. Cæterum utraque & sabina & rosmarinus semen ferunt. Ignoravit Plinius ex avulsione natas sabinas steriles; decepit eundem, quod ex quæ fructum ferunt, sint proiectioris ætatis. Quod ex Dioscoride adferunt nullius assis est. Nam in describendis plantis plures sæpius notas, easque præcipuas omisit, quas verisimi-

le est, non tradidisse; vel quod plantæ vulgo essent satis cognitæ, vel quod omnes earum partes non satis explora-tas haberet, vel alias quasdam ob causas; præterquam quod brevitati studens necessariæ tantrum descriperit, quarum omnium aliqua facile esse potuit, cur sabinæ bacca-s non adnotatas reliquerit. Gentianam amatore præ-ditam nusquam tradidit, huic tamen amaror insignis; nusquam fraxini siliquas linguis avium similes delineavit. Quot denique plantæ, quorum floris fructusque mentio-nem non facit, quæ tamen pro legitimis habentur? Fructus sabinæ meminit Avicenna, eumque ad aurivum surditatem & menses duendas commendat. Descripsit Bellonius quandam sabinam his sere verbis. Arbor est procea, amygdali altitudinem petens, & ad cupressi sativi similitudinē accedens. caudice sinuoso, crasso, & tantæ quan-doque amplitudinis, ut hominis ulna comprehendendi nequeat. Ligni materies ut juniperi, & oxycedri intus rubet, cortex haud valde crassus, rufus; folia elegantissimo virore nistent, cupressinis similia, frequentiora, tamen sapore amara, aroma olent, & resinaceum quiddam præse ferunt, rami latiores multis adnaticis appendicibus alarum instar expansi, veluti piceæ & taxi, in quibus baccae frequentes, admodum rotun-dæ, cedridibus similes, que initio vident, maturitatem ve-ro consecutæ, ex cyanæ sive cœruleo nigricant. Sed negant botanici hanc esse sabinam, his moti rationibus; quod sit arbor magna, cum sabina brevis esse debet, quod fo-liis omnino cupresso sit similibus, cum Dioscorides spino-fiora esse referat, quod aroma oleat: nam Bellonio aro-ma est quod suave & jucundum spirat. Dioscorides gra-veolentem dixit sabinam.

Kay myrra. Planta quæ Theop. & Gal. myrra, Diosc. μυρρα dicitur. Solent Græcorum nonnulli alterum in e commutare, ἀρπλα ἄρπλα vir. θυρρη, θυρρη, arbor μυρρα, μυρρα, μύρτο vocatur; fructus, πικρόν Hesych. μύρτος ή μυρρα, καὶ τὸ γυναικεῖον αἴδιον, idem μύρτη μαρτης μυρρης. Nicandri Scholia festes, τὸ δὲ μύρτη, ἡρων τὸ πυρρον τῆς μυρρης. Latini murtam arborem dicunt, murtum fructum, ut apud Poëtam, cruentaque murga. μυρρην vel μυρρην, nomen accepit propter æmulam quandam myrrha odo-ris gratiam, in ejus baccis recentibus. Vulgata est opini-o, à myrsine Atheniensi puella pulcherrima nomen accepisse. Hanc fabellam narrat Caiusianus Bassus libr. 11. cap. 7. ubi ait, Μυρρην παῖς λο' Αττικὴν μαρραλλουσαν τὸ τοῦ καλ-λει πατέρα τὸν ιχθες, τὸν ἁρμηνούσιν τὸν πατέρα φεύγεισσα. παῖς δὲ τὸ οὐταιμένων ἵππο τῷ κέρη ἀγανακτώντες, παιτίλιον φησιν αἰτιλον, οὐ μόνο τὸ πόλεον αἴγιας καὶ μυρρην τὸν βίον, αἵτινα τὸ πυρρη μυρροφορεῖ. Myrsine puella erat Attica, pulchritudine omnes puellas antecedens, fortitudine omnes juvenes, Minerva autem De-e grata erat, diversabaturque in palæstris & stadiis, & juve-nes certantes ac vincentes coronabant. Quidam vero vitti-ac superati, pullæ indignati, ipsam ex invidia occiderunt; nec tamen Minerva amore erga puellam extinxerunt, sed adhuc dæ dilecta manet Myrsine, hoc est, myrtus, quemadmo-dum etiam olea, & permutata vita pro olive suis bacca-s si-ve mutta fructificat. Veneri grata hæc arbor.

Virg.  
Populus Alcidæ gratissima, vitis Iacho,  
Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo.

Ovidius. Ipsam Venerem myrto redimitam scribit, lib. 3. Amor.

Dixerat, ac myrti (myrto nam vincita capillos  
Confitterat) foliæ, granaque pauca dedit.

Vitgilius Æneam Veneris filium lib. 5. Æneid. myrto coronatum canit.

Sic fatus velat materno tempora myrto.

Plinius lib. 12. cap. 1. Arborum genera numinibus suis dicata perpetuo servantur. Iovi elculus, Apollini laurus, Veneri myrtus. Usq; eo est myrtus Veneris, ut prisci μύρτη πεποιησαν, myrtum variatum sumperint pro pudendo thullebri. Hesychius, μύρτος μυρρην, καὶ τὸ γυναικεῖον αἴδιον. Αρπλα — μύρτη τὸ γυναικεῖον αἴδιον, οὐ τὸ μύρτην καὶ μύρτης. Plura qui velit ipsum adeat Suidam. Narrat Plinius aram quandam suisse myrtleam libr. 15. cap. 29. Quin aræ fuit vetus Veneri myrtlea, quam nunc Murtiam vocant. Sed cur myrtus sacra Veneri? An quod insigni pulchritudine myrtus? Certe inter cæteras frondes, ex-imia pulchritudine myrtus. Ideo Catullus in epithal. Iul. & Mall. myrtum floridis ramulis enitere canit.

I i 2 Namque

*Namque Lulia Mallio  
Qualis Idalium colens  
Venit ad Phrygium Venu  
Iudicem, bona cum bona  
Nubit alite Virgo;  
Floridis velut enitens  
Myrtus Asia ramulis  
Quos Hamadryades Dea  
Ludicrum sibi roscido  
Nutriunt in honore.*

Asia myrtus est Lydia, vel, quod idem est, Mœnia. Sic autem regio ad Sardis Tmolus & Caystrum vocatur, uvida & uliginosa, & myrteis aptissima. Atheneaus lib. 3. tradit apud Eleos certamen de pulchritudine institutum fuisse, victoremque à Minerva myrto coronatum. Θεοφραστος δὲ πάρα καλούσι φοῖς γαῖας ἀρχὴν λέπιος, καὶ τὸν ιερόν ιππολίταδι μὲν αποδημ. λαμπάδεις τὸν νικησατες αὐτῷ σπλα. αὐτῷ αντίτιθει φοῖς Διανοῦ. ὃ λαβειται τῇ Αἴγυρᾳ. τὸν δὲ νικήσαστα τανισμόφων ταῦτα τὸν φίλων, καὶ πομπειοντα Ιαοῦ διερχεται προσεγγίσας, τὸν δὲ σέφωνον αὐτοῖς δίδασκος μυστίντια ιστεῖ Μυρσίλῳ. οὐδὲν διερχεται προσεγγίσας. Certari quoque de pulchritudine apud Eleos, Theophrastus prodidit, idque fieri cum libationibus; ( μὲν πόνδος, legit Interp. μὲν πόνδος cum studio) esse vero præmium victori armaturam, que, ut ait Dionysius Leuctricus, Minervæ dicatur: eum porro qui vicit, ab amicis redimitum vittis ac tenuis, coronatumque myrto, ad deæ templum accedere. Sribit Myrsilus in historiis minus credibilibus. Ipsiā Venerem cum à judicio de forma rediret cum deabus, atque de Iunone victoriam reportasset, redimitam myrto canit Nicander in Alex. circa finem.

Πρὸς δέ ποι Δίκτυννας τεὸς ἐχθῆρετο κλῶνας,  
Ἡραὶ τὸν μετροῦσαν μούνης σέφεται ὥσπερ εἴη  
Κάλλεται οὐνεκα Κύπελλον ὅτι εἰς ἔχει ηρέθησαν  
Ἄθανατη κέσμησαν τὸν Ἰδαῖοντον ὄρεωντι.

*His invisa etiam Dictynæ proderit arbor,  
Quæ nunquam Imbrasia Iunoni facta corona est,  
Namque sub umbrose quando olim collibus Idae  
Suscepere suæ Divæ certamina forme,  
Viticris Veneris cinixerunt tempora myrto.*

**Vulgo vertunt.**

Præterea moneo ramos quos invida Pallas  
Odit, Iunoni nec concessere coronam,  
Sed Venerem cum essent formæ certamina Divis  
Vietricem ornarunt frondosæ in collibus Ide.

Non est invidæ Palladi invisa myrtus. Sed grata, ut supra dictum. Dictynna est Diana. Scholiaſt. Δικτύννα οὐ καὶ ἡ Ἀρτεμίς λέγεται. Myrtum intelligere Poëtam uerque testatur Scholiaſtes. τοῦ δὲ τούτου φυτοῦ βοηθεῖ, καὶ τὸ πρῶτον κλάνεται ἐπιστοσεῖν ἡ Δικτύννα, λέγεται γὰρ τὸ μυροτόνος φυτόν αὐτὴν ἡ Δικτύννα μιλεῖ, καὶ μάλιστα τὸ μυροτόνον τῆς Ἰμβροσίας. Ηὔγεις εἶται τὸ τεφέρον, τοῦτο ἔστιν, σὸν ἔργον τεφέρον τῆς Ἰμβροσίας. Ηὔγεις, διότι καὶ δύο ὄντες εἰς ἕκατην διηγέρεταιν οἱ ἀδειγματοῦντες, τοῦτο τὸ τεφέρον, τοῦτο καὶ τὸ Γελάνιον ὄρον. Άλλως, καὶ τὸ μυροτόνον φυτοῦ βοηθεῖ, τὸ τοῦ κλάνεται κλάνεται ἡ Δικτύννα, &c. Vides utrumque Scholiaſtem testari myrtum à Poëta describi, quæ, ut dixi, grata Veneri propter pulchritudinem, grata etiam Veneri quod littoribus gaudeat, in quibus nata dicitur Venus.

Martials.

*Nec plus lotus aquas, littora myrtus amat.*

Virg. 4, Georg.

Pallentesque hederas & amantes littora myrtos.  
Potest etiam Veneri dicata esse ob insignem odorem.

Floratius lib. 2. carm. C

— *Tum violaria* ♂  
*Myrtus*, ♂ *omnis copia varium*  
*Spargent olivetis odorem*  
*Fertilibus domino priori.*

Inter delicias hortorum numerabant Φαλισσὸς μενόπολισσας, tonsilia myrteta, ut ait Hierocles; idque propter pulchritudinem & odorem, quo delectatur Venus. Certè odor arboris nonnullus Venereum quid suadere creditur. Compositum etiam ex myro siebar, quod libidinem excitabat, ut ex Poëta Furio probatur, ubi Digonem menticrem inducit dicentem. *Myrrhinum* mihi adfers, quod Veneris armis occurserunt fastidiuncula.

Accedit quod myrrus sit efficax provocando risui, qui plerumque comes est Veneris. Clemens Alexand. lib. 3. paedag. cap. 2.

<sup>1</sup>Αν δέ μή καίρη γελῶσι Διοτελεῖ τὸν ἡμερον ξυλή-  
Μυρίνης ἔχουσας λεπίδαν σὺ τοῖς χείλεσιν, (ΦΙΟΥΣ  
“Ωσε τῷ γένοντα σέσηρεν, αἴ τε θεύλετ’, ἂν δέ μη.

*Et quamvis non sit lata, toto tamen die ridet,  
In labris tenuem habens myrti tabellam.  
Adeo ut tempore hiet, velit nolie.*

Aliam etiam causam addit Ovidius libr. 4. Fastorum  
ubi matronas alloquitur,

Vos quoque subviridi myrto jubet illa (Venus) lavari,  
Causaque cur jubeat, discite, certa subest.  
Littore siccabant rorantes rore capillos.  
Viderunt Satyri, turba proterva, Deam.  
Senxit & apposita texit sua tempora myrto.  
Tuta fuit facta, vobisque referre jubet.

Plinius sand lib. 23. cap. 9. haud fabulosam, sed natu-  
ralem hujus rei causam dat hanc, inguen ne intumescat  
ex hulcere, satis ait esse surculum tantum myrti habere,  
secum non ferro, nec terra contactam. Servii sententia  
est non alia de causa Veneri dicatam, quam quod mulie-  
rum, Venerearumque partium morbis medeatur. Apud  
Aristophanem Hercules memorans plausus & choreas  
mulierum, quæ sunt in ipso aditu inferorum, dicit esse a-  
pud myrtle, id est, loca voluptuaria & Venerea. Locus est  
in Ranis.

Καὶ μυρριῶντες, ἡγὶ Θιάσους διδαιρίουντες,  
Ἄνθρακαν, γυναικῶν, καὶ κρότον χειρῶν πολύν.

*Et myrtea & choreas felices  
Virorum, mulierum, & multum plausum manuum.*

Hunc locum imitatus est Virgil. 6. Æneid. ubi myrteam fingit sylvam in qua essent, qui amorib. affliguntur.

Nec procul hinc partem fusi monstrantur in omnem  
Lugentes campi, sic illos nomine dicunt,  
Hic quos durus amor crudeli tare peredit  
Secreti celant calles, & myrtea circum  
Sylva tegit.

Cæterum myrtus adeo grata fuisse fingitur Veneri, ut omnes qui Veneri celebrandæ operam impenderunt, redimti fuerint myrtea corona.

Ovid. lib. 2. de amor. circa finem.  
Finis adest operi palmam date grata juveni  
Sertaque odoratæ myrtle fert comæ.

*Venimus ad quartum, quo tu celeberrima, mensem  
Et vatem & mensem scis Venus esse tuos.  
Mota Cythereæ leviter mea tempora myto  
Contigit, & captum perfice, dixit opus.*

Puelle quoque & virgines, quæ Veneris sacris initiari cupiunt, se myrteis foliis delectari referunt. Et hæc sunt illa ~~magis~~ <sup>magis</sup> ~~virginis~~ <sup>virginis</sup>, virginales myrti apud Arift. in Ayibus.

Ἡειάπιοσκόμεθα παρθένα  
Λιθήτροφα μύρτα χασί-  
τών τε κηπευματ.

*Et vernis fruimur virgineis  
Candidisque myrtis, grati-  
arumque hortensibus.*

Castæ autem & Venerem aspernantes virgines, myrtum pariter aspernantur. Quærit Plutarchus in quæstionibus Romanis cur Matronæ Bonæ Deæ templum intrantes, myrtum non inferant, *Διὸ τὶ τὴν γυναικεῖαν θεόν μη ἀρρέφθην καλοῦσθν οὐστοῦ σπιρτοῦ αἵ γυναικεῖς, οἵνις μυρδίνας σπιρτοῦ εἰς φέρουσι καὶ τοι πάσι φιλοπιστούμενην χρῆσθαι τοῖς βασιλεύοντος καὶ ἀρχοντος πότερον (αἱ δὲ μυθολογίαι εἰσεργέντες) Φωιλίου μηδὲ μη γυνὴ τοῦ μελάντεως, οἵνις ἡ ἀρρεφόμενη κενφα, καὶ μη λαβεῖσσε, μέσοδοις τῶν οὐδέποτε σκαλαλάδη μυρδίνης. Θέντη μυροτίνῳ μηδὲ σπιρτοῦ εἰς φέρουσσην, οἴνος δὲ εἰς τὴν απόδημον, γέλασα περιποτε ψεύδειον, η πολλῷ μᾶρτρον ἀγναντα, μάλιστα δὲ ἀφεροδισιών, τὸν ιερευχεῖται σπειρίλον ἐπιτελεῖσσον; οὐ γὰρ μένος ιερεικήσουται τούς ἄνδρας, αἰδανούς πάντας ἀρρενεῖσθαι μάνιον τῆς σικίδιας, ὅπου τοι ποιμανόμενοι τοῦτο πεισθεῖσι. Τέλος εἰδούσις ὁ ιερός αφεροδιτή ἀφοτιοῦσται. Εἰ γὰρ οὐδὲ μυρδίναις ἀφεροδιτῶν καλοῦσθαι, μυρτίς τὸ πατλαϊόν (αἱ ἔπικαιροι) αἰσθάμεναι. Cur matrone domi sua facellum muliebris Deæ, quam Bonam vocant, ornantes, myrtum non inferunt: quia longam omnibus germinantibus οὐ florebus studiose ad eam rem utantur? an credendum est fabulae, quæ perhibet Phaulii cuiusdam aruspiciis uxorem, cum clam poto vino non sefelliisset, à marito virginis myrte suisse*

*castigatum: ideoque mulieres myrtum non inferre, sed vi-  
num ei sub lactis appellatione libare. an vero, quod cum ab  
alitis rebus puræ, cum maxime à re Venere à, sacra ista pera-  
gunt? non enim solum maritos, sed omnes in universum  
mares domo exterminant, cum Deæ sacra operantur ritibus.  
Itaque myrtum, ut Veneri sacram abominantur. Nam quæ  
hodie Murcia Venus dicitur, ea scilicet olim Myrtia fuit di-  
cta. Historiam de Fauni uxore Lactantius de falsa Rel.  
libr. I. cap. 22. tradit, quæ & apud alios reperitur. Sed  
alia forte de causa, à myrto abstinuerunt, quod Baccho  
temulentiae & ebrietatis Deo esset sacra.*

Aristoph. optimè in Ranis.

Ιαχ' ὡς Ιαχχε,  
Ἐλθὲ τὸν σῆμάνα λειτέανα χορεύσων  
Οσίους ἐς Πεδισώτας,  
Πολύκαρπον μὲν τινάσσων  
Αὐφὶ κρεπτὴ σῷ βρύσοντος  
Στέφανον μύρτου.

*Tacche, Tacche  
Veni per hoc pratum tripudians,  
Sacros ad initiantes;  
Fructiferam concutiens  
Circa caput tuum virentem  
Coronam myrorum.*

Baccho cur sacra sit, docet Athenaeus libr. 15. quia  
vini exhalationes arcer & adstringit, εντητήσει εἰς τὸν λόδον  
τραπέζην, τὸν μὲν εἰς συμφέρει. Εἴ τοις εἰς τούτην τὴν πάνων  
πάντας τὸ σίφανον, Φέρεται ὁ φύτος, οὐτὸς εὔκλετος ἐφερ-  
πον. διὸ μερογίνης τὸ σίφανον τούτον, Εἴ τοις οὐτοις αἰθανατιστοι  
ἀποκενούμενοι, τὸν δὲ πόδιον ἔχοντα ποὺς παρηγένετο σώμα τῷ το-  
πον θύμησιν. At jam inde voluptatibus dediti homines, præter  
eam vim qua ebrietatis incommodis medetur, Εἴ confert hu-  
jusmodi corona, oculorum quoque Εἴ narium delectionem  
expetiuerunt, ac sum myrtæam coronam, qua adstringit, Εἴ  
vini exhalationes arcer, tum εἰς rosis qua Εἴ gravitatem ca-  
pitis nonnihil sedat, Εἴ astuentes potionē refrigerat, usur-  
parunt. Idem eodem libro. καὶ οἱ φιλανθρῶποι ἐπιτηδεῖοι τῆς  
μερόπινης σίφανον τούτον εἰς τοὺς οἰωνούς αἰθανατιστοι διπλεύσανται, καὶ οἱ  
τοῦ πόδιον ἔχει πειθαλαττιας παρεγένετο σώμα τῷ καὶ θύμησιν.  
Verumque id propterea arbitror à Philonide proditum, εἰ myr-  
to coronam meri vapores prohibere, εἰ rosis autem refrigerare  
Εἴ gravitatem capit is lenire. In convivis myrtus pro  
τα circumferebatur. Hesychius. μερόπινης κλάδοι οὐδέποτε  
ποτὲ μερόπινης λύκου οὐσίας διδίνει. Εἰς καθηκονταίς, εἰς Διαδέκτης  
τοῦτο τὸ σώμα εἰπει τοποθετεῖται. Vide quæ capite de lauro dixi.  
Naucratites quoque corona ex myrto fiebat. Athenaeus  
libr. 15. οἱ μὲν οὐ πολὺχαρις ταῦτα, οἱ κάρα πιθεαί, ηγε-  
μένοις σὸν αἵδοντα εἶναι γαυκεπτίλον σέφανον, οἱ τὸν τῆς μερόπινης,  
τῷ καὶ μητρὶ πόδιον τοῦτο Εἴ αναρχιοντο Φορεῖσθαι. Hec Polychar-  
mus quibus fidem adhibeo, nec ullam aliam puto naucratitæ  
coronam, quam myrtæam, adjectis rosis ab Anacreonte  
gestatam. Naucratitem coronam alii ex myrto, alii ex  
fampsicho, alii ex papyro factam contendebant. De nau-  
cratite corona vide cap. de fampsicho. & papyro. Lef-  
bios myrti ramulis implexis se coronasse quos hypothymides  
vocabant, auctor Athenaeus, φιλάτης οὗτος τοῖς απεκ-  
τονοῦσιν παῖδες Λισσόνος φύοι καθεῖν μερόπινης κλάδοι, τοῖς δὲ τοῖς  
τελείοις ταῦτα Εἴ αλλα ἄλλα. Phyletes in Atticis scribit hypothymides  
a Lesbiis vocari myrti ramum, cui violas Εἴ flores alios cir-  
cumpllicant. Idem Athenaeus, ταῦτον ήτο Εἴ ωσιν παῖδες σίφανον  
ποτε. Αἰδίστον καὶ ιωσην οὐτοις τοῖς τρεχούλοις φεύγοντες. Apud  
Æolias Εἴ Iones hypothymides Εἴ hypothymides corona sunt  
quibus collum ornatur. Nomen hoc acceperunt, quod ce-  
rebrum sua fragrantia quasi suffiant & refoilellent. Mor-  
tuorum busta ac exequias myrto solvisse antiquissimos,  
auctor est Euripides. In Electra.

Αγαμέμνονος δὲ τύμβου ηπιαισχυρόν  
Οὐ τώπωτ' οὐ καὶ συδέει κλῶνα μυρσίνης  
Ἐλαῖνη, πυρὶ δὲ χέρσος αὐγλαῖσθμάταν  
*Agamemnonis tumulus neglectus  
Neque bustum neque ramos myrti  
Cepit. honorum rotus terra inculta.*

Respondet apud eundem Electræ Senex.

"Ηλιον γαρ οὐ τοῦ τερψτού πάσοργανον οὐδὲ<sup>1</sup>  
Καὶ τερψτού τερψτον εκλαυστὸν ἐρημίσθε τούχων.  
Σπουδάς τε λύστις ἀγονον δὲ Φέρω ξένοις  
"Εσπειρα, τύμβῳ δὲ αἰμόφυγα μυρτίνεσσ.

*Veni ad Agamemnonis sepulchrum obiter  
Ac procidens luxi solitudinem natus  
Lybanumque soluto utre quem hospitibus fero  
Fudi, se pulchro circumposui myrti ramos.*

Plura de myrto dici possunt, & debent, quæ ubi ad Plinium de ventum erit adferemus, primum quæ de myrto hoc capite Theophrastus (nam illa quæ ipsam de ea tradidit, suo loco expendemus) deinde quæ Dioscorides & quæ Plinius de hac tradit examinabimus. Theophrastus ait Myrtum mimimè in frigidis durare posse, quod nec in Olympo sit, nec in Ponto; & quidem in Ponto religionis causa serere conatos esse, sed frustra, cuius religionis gratia, & quam utilitatem praestet myrtus, ex iis quæ dicta sunt facile percipiet lector. Frigus perferre posse negat Theophrastus quod ipsa experientia comprobatur. Ideo Ovidius.

*Sustineamque coma metuentem frigora myrtum.*

**Contra tamen Virgilius amare frigora scribit.**

— amantes frigora myrtos.

Utrumque Poëtam conciliare student, ac Ovidium de  
tenellis Virgilium de adultis, loqui ajunt, quia ecloga  
7. canit.

— dum teneras defendo à frigore myrtos.

Non nego adultas plantas magis frigus preferre, quam tenellas, sed dico, nec tenella, nec adulta myrtus fert frigora. Pro Virgilio dici potest, quod sit corruptus codex, & scribendum.

— amantes littora myrtos.

**Ut idem libr. 4. Georg.**

Pallentesque hederas & amantes littora myrtos.

Ovidio littorea dicitur eleg. lib. I.

*Cingere littorea flaventia tempora myro.*

Supradixi, hanc esse causam cur Veneri sit grata. De myrto aliis in locis plura scribit Theophrastus. Exempli gratia, cur in Ægypto, odorata? cur rorem ferat? aliaque plura de quibus quæ annotata sunt, videat lector. Ad Diocoridem venio. Hic myrtum dividit in sylvestrem & sativam & in utroque genere album & nigrum dari ait, libr. I. cap. 133. μυρτίν ἡ μητρὸς ωρῶν τῶν ιατρικῶν γένοις οὐ μετανομάσθενται, καὶ ταῦτα μαρτυροῦν ὅπερε, τὰ δὲ τοι καρπούς αὐτούς τελέσθεντα. Myrtus sativa nigra medicina superior, quam candida, & in eo ipso genere accommodatio montana, fructum ramen inefficaciorem habet. Myrtus reperitur folio & fructu candiore & nigriore. Quæri sollet, utrum ab arbore, id est ramis, foliisque, an vero à fructu myrtus alba & nigra dicatur? Ovidius de Baccis intelligit.

*Myrtæa sylva subest bicoloribus obsita baccis.*

Horat. libr. 1. Oda 25. ubi virgines similes facit hederæ & myrræ, fruticibus semper virentibus: anus extintis floribus mulieres exuccis foliis ac decidentibus, quæ ex arboribus ripæ suæ ad sitis decidentia, hyeme ingruente volvit Hebrus.

Lata quod pubes hedera virenti  
Gaudear, pulla magis atque myrto,  
Aridas frondes hyemis sodali  
dedit Hebro.

Dioscorides ubi myrtum albam vel nigrum scribit, id de tota arbore intelligi oportere existimo, idq; quia ait, τὸν μύρτον καρπὸν ἀρετάπορον ιχθεῖ. quod necesse non esset, si de fructu precedentia intelligi oporteret. Quærit Aristoteles in problematibus sect. 20. quæst. ultima. Cur myrtus nigra folio frequentiore quam alba. *Διάλ.* πότερον πυκνοφυλλότερον εἰσὶ τὰ διδυμὰ μυρτίναι. οὐ δέ πάγιον περιεργόν τὸ γένος; οὐδέποτε δέ, ὅπερ χαροτεινεῖ τὸν μύρτον εἰς τὸν μεταβαλλοντικὸν τὸν τῆς ιπημασίας; πότερον δέ οὐ γένος παντα πυκνοφυλλότερον. *Διάλ.* Καὶ τὸ τὸν τηλείαν τὸ καρπόν, εἰς τὰ φύλλα καὶ ταφροφύτερόν τε φέρεται. Cur nigra myrti fronde sunt frequentiore quam albæ, an quod nigra generis sunt magis sylvestris, cuius inditum, quod in agris proveniant (*incultis*) minimeque ex cultu mutantur. humida autem omnia fronde crebriore condituntur. quod enim minus suos fructus decoquere possunt, idcirco ad frondem alimentum se vertit. Videndum an verum quod scribit Aristoteles. Myrtus Boëtica domestica secunda Clusi filia habet myrti domesticae similia, id est, lauri tenuifoliae ad arbitri foliorum magnitudinem ferè accedentia, dilutius paulo virentis coloris, sed adeo conseruum nascentia, ut pene mutuo sese contingent petioli, dupli interdum serie, saepius triplici, cum quintum genus saturatius præ cæteris virens, neutiquā tam densis

ac frequentibus sit foliis, iisque angustis & minimis. Si ergo à foliis alba nigraque dicitur myrtus, verum non est quod scribit Aristoteles. Sed myrtum cum vocat albam vel nigram, de fructu intelligit. Myrtus quinta paucis & minimis foliis fructum fert album, cum altera sive secunda foliis frequentibus, fructu constet nigro. Et hæc in gratiam Aristotelis dicta sunt. Verior causa, videtur cur alba foliis paucioribus, nigra vero pluribus, sit prædicta, humor multus, crassus, nec non in ea tenuis conclusus, qui à solis calore non ita facile dissipari potest. Color enim albus, ut Philosophus ait, sit in sicco, quod ipsa experientia probatur, ut ex cineribus, saxis & arenis sole exustis palam sit. Contra niger color sit ex humido crasso, & tenui aërio, ex cœruleo nimis & viridi inspissato; quod manifestum ex nubibus, quando minantur pluvias. Quæritur cur myrtus foliis atro virentibus fructu sit albo. Causa videtur, quod humidum quod habet tenuis & crassum, abeat in folia, quo destitutus fructus siccus evadit, & per consequens albus manet. Vel quod per foliorum paucitatem quod habet humidum facile à sole extraheatur ac dissipetur, ideoque albus redatur. Porro, cur eadem myrtus, foliis nigrioribus, fructu albo, cum habeat humidum tenuis ac crassum, foliis non est plurimis, ut reliqua? Dicendum humidum non tantum habere copia, ut reliqua. Videamus Aristotelis rationes. An inquit, quod nigrae magis sint sylvestres? Atqui Botanicorum observatione constat, sylvestrem myrtum non esse foliis frequentioribus. Nam rarius duplice serie circa ramos conspicuntur folia, nec nigriora sunt, quam sativæ, immo candidiora. Et ratio quidem in promptu. Etenim (ut non uno in loco docet Theophrastus) sylvestria loca sunt sicciora, minusque in se humoris habent, quam culta; quod notius, quam ut probari debeat. Sed cur sylvestres baccas ferunt nigras, cum humido nutriantur pauciore? Respondendum sylvestres illas brevi intervallo provenire ac nasci, ita ut se contextu operiant mutuo, arque sic impedire, quo solis nimius aestus, humidum quod habent, minus extrahere possit, ac sic conservari quod in ipsis est humidum tenuis ac crassum. Quod Arist. dicit, minus albam myrtam, suum concoquere fructum ideo ad frondem verti alimentum, haud scio an verum sit. Nam tam sylvestris quam domestica, tam nigra, quam alba; & contra, tam alba quam nigra, tam domestica, quam sylvestris fructum maturum, & optimè concoctum reddit, & in eo tantum domestica à sylvestri differt, quod domestica fructus, propter humorem copiosiorem major sit, sylvestris minor. A Dioscoride ad Plinium devenio. Hic libr. 15. cap. 29. plura de myrto tradit, quæ examinare liber. Succorum, inquit, natura præcipuum admirationem in myrto habet, quando ex una omnium olei vinique bina genera sunt. Antiquissimus Cato unum vini myrtæ genus describit, unum Palladius, nec plura Dioscorides, Columella vero duo ex myrto præparari vini genera docet; nempe album & nigrum. Unum quoque Palladius olei myrtæ genus docet, duo Dioscorides. Recte ergo Plinius bina olei vinique genera ex myrto fieri dixit. De oleo, vinoque hoc in annotatis ad Dioscor. agam. Pergit Plin. Item Myrtidanum, ut diximus. Et alias usus baccæ fuit apud antiquos, antequam piper reperiatur, illius (quidam codices male libæ legunt) obtinens vicem, quodam etiâ generosi obsonii nomine inde traxo, quod etiam nunc myrtatum vocatur. Galeno myrtidanum myrtæ dicuntur. Ægineta myrtæ, pro quo myrtæ ex Galeno scribendum, non dubito. De myrtidano hæc Dioscorides lib. I. cap. 155. To ðe μυρτιδανος λεπτωμαν, ιπιφυσις εν τη αναιγεται. Επιχρισθη η οιστρος: οιοτε χειρες τε μη μυρτης στιτυρον. οφες οι μαλαρης μη μυρτης. Quod myrtidanum dicitur, id est, quod myrto adnascitur, inæquabile verrucosum, intumescente & concolor, quod perinde quasi manus myrtæ caudicem amplectitur. magis quam myrtus adstringit. Gal. lib. 7. simpl. non tantum caudici, sed & ramis adnasci scribit, η μη την την σπλαγχνην η την καλαδον ανθεις ιπιφυσις οιστρος, λινη μυρταδα ιρηματων. Porro quod ramis ac truncis adnascitur tuberosum, quod quidam myrtada appellant. Idem Ægineta: sed, ut dixi, η μη μυρταδα μυρτη legitur. Ineptum, & à vero longè absit quod Plinius ait. Et alias usus baccæ fuit apud antiquos, antequam piper reperiatur, illius obtinens vicem. Diversæ enim facultates sunt piperris & myrti fructus. Piper calidum satis, frigida myrti bacca. Ignoravit Plinius, duplex esse myrtidanum, unum antiquorum, alterum mediæ ævi Graecorum. Myrtidanum Hippocratis sive antiquorum piperris vicem præstebat; sed diversissimum hoc myrtidanum à Dioscoridis myrtidano. Hippocraticum fructus est; Dioscoridis excrementum arboris myrti. Galenus in Glossis, μυρτιδανος,

οι μητεραι μηρη η πίπερ. Διοσκουριδης Αιταρεῖνος σε την παραγόντα οὐλης ιπιφυσις αινωμαλος Επιχρισθη, τούτη τη μυρτινη πείνα. Επιχρισθη ιπιφυσις την κυρπηνην ουτης οιστραζει σε τη φυτη, οποιη αιτης φυτην την ιπιφυσις αινωμαλη πίπερ. De altero myrtidano, quod piperis vicem explebat, vide lib. 9. de cubebis. Myrtatum vocari ait. Ita & apud Varrone legitur lib. 4. de lingua Latina. Myrtatum à myrro/ita editi codices, cum scripti, à myrta, quomodo apud Catonem legitur. Murta enim feminino genere antiquis dicebatur quod eo largè fartum intestinum crassum. Plin. Eademq; origine aprorum sapor commendatur, plerumque ad intinctus additis myritis. Intinctus ιμειρης, fiebat ut plurimum, vel ex aceto, vel ex oleo, interdum alio liquore vel liquamine, quo aut panem aut carnem intingebant ad saporis gratiam, & gule irritamentum, ut recte monet Dalecampius. Vel intinctus ἀρωματικη, odoratum & aromaticum, quod liquori addebeat, ut eum condiret. Plinius. Arbor ipsa in Europa ciceriore cælo, quod à Ceraunis montibus incipit, primum Circeis in Elpenoris tumulo visa traditur, Græcumque ei nomen remaneat, quo peregrinam esse appetat. Corruptus codex. In antiquo codice, tetriciore cælo. Corrigit doctiss. Pintianus ex Toletano codice; Arbor ipsa in Europa tetriciore cælo, id est, severiore & asperiore. Non placet viri magni correctio. Coelum amat lætum ac serenum myrtus, ut docet Theophrastus, ex quo hæc habet Plinius. Vide cap. 9. lib. 5. ubi ait, in Circeo promontorio provenire. Scribe ex eodem; Arbor ipsa in Europa territorio Circeo, quod à Ceraunis montibus incipit, primum à Circe in Elpenoris tumulo visa traditur. Græcumque ei nomen manet, quo peregrinam esse appetat. Vide Theophrastum capite citato. Illud tantum addo, in antiquo codice legi; Arbor ipsa in Europa tetriciore cælo, quod e Ceraunis montibus incipit, primum Celci in Elpenoris tumulo visa traditur. Quæ corruptissima sunt. Pergit Plinius. Fuit ubi nunc Roma est, iam tum cum conderetur. Quippe ita traditur; Myrtle verbena Romanos Sabinoisque, cum propter raptas virginis dimicare voluisse, depositis armis purgatos in eo loco, qui nunc signa Veneris Cluacina habet. Cluare enim antiqui purgare dicebant. Et in ea quoque arbore suffimenti genus habetur. Ideo tum electa, quoniam conjunctioni, & huic arbori Venus praest. Haud scio etiam an prima etiam omnium in locis publicis Romæ sita sit, fatidico quidem & memorabili augurio. Inter antiquissima, namque delubra habetur Quirini, hoc est, ipsius Romuli. In eo sacræ fuerit Myrtæ due, ante aedem ipsam per longum tempus, altera patritia appellata, altera plebeia, exuberans ac lata, quandiu quoque Senatus floruit, illa vigens, plebeia retorta ac squalida, que posteaquam evaluit, flaccescente patritia Marsio bello, languida auditoris patrum facta est, ac paulatim in sterilitatem emarcuit majestas. Quin & ara sua Veneris myrtleæ, quam nunc Murtiam vocant. De purga Romanorum & Sabinorum propter raptas à Romanis virginis, vide Livium lib. 1. In antiquo codice legitur, qui nunc signa Veneris cluacina habet. Cluare enim antiqui pugnare dicebant. Quæ non est exigua differentia. Luere, inquit Dalecampius, purgare. Luca mater, Dea, quæ luebat, id est, purgabat: ei non nunquam ad lustrandum hostium cædem arma & spolia incendebantur. Cluacina Venus, quasi luacina vel colluacina à purgatione est dicta, quamquam Tertullianus à cloaca Cloacinam dictam contendat. Profecto Cloacina meminit Varro libr. 4. de lingua Latina. Sed verisimile cluacina quasi cuacinam à purgatione dictam. Nisi placeat, nomen accepisse à dirempto prælio à mulieribus Sabinis, & carum filiabus Romanis. Sequitur. Ideoque tum electa, quoniam conjunctioni, & huic arbori praest Venus. Venerem & matrimonio præesse, ac hanc arborē esse ei dicaram, nemo ignorat. Inter antiquissima namque delubra habetur. Ad hunc locum Dalecampius. Semper id clausum fuit, nec aperire licebat, quasi arcanum habere vellent an humo tectus, an inter Deos Romulus relatus fuisset, tametsi Varro post mortem Romuli sepulchrum fuisse scribat. Ante cuius aedem, testante Plinio, duæ myrti fuere: una patricia, altera plebeia, quæ pro augmento vel damno senatorii ordinis vel plebei, modo fecundè redundabant, nunc detimento languebant. In codice Toletano, ut monet Pintianus, legitur, patritia multis annis prævaluit exuberans ac lata, quandiu Senatus quoque floruit. Deletis verbis, flaccescente plebeia. Idem etiam verba, illa vigens, falso adjecta putat. In antiquo codice scriptum, illa ingens, quod corruptum videtur. Idem in utroque codice notat legi, quæ postquam evaluit flaccescente patritia. Utraque lectio admitti potest. Solent enim quando flaccescent folia languescere. De ara quam Murtiam vocari scribit supra egi. Pergit Plinius. Cato tria genera myrti prodidit: nigram

nigrum, candidam, conjugulam, sortassis à conjugiis, ex illo Cluacine genere. Nunc est alia distinctio, sativa aut sylvestris, & in utraque latifoliae. In sylvestri propria oxymyrsine. Sativorum genera topiarisi faciunt Tarentinam folio minuto, nostratem paulo, exoticam dentissimo, senis foliorum versibus. Hæc non est in usu, ramosa utraque alia. Conjugulam nunc existimno nostratem dici; Myrtus odoratissima est in Ægypto. In antiquo codice scriptum reperio; Cato tria myrti genera prodidit, candidam, nigrum, conjugalem. Tria genera esse myrti Cato capite octavo prodidit, ubi tam in antiquissimo, quam recentissime edito codice legitur, myrtum conjugulum & album, & nigrum. Ex quibus illud constare arbitror, lectione que in vulgatis codicibus Plinii reperitur, esse veram ac legitimam. Sed utrum Cato scripsit, myrtum nigrum in masculino genere, videant Grammatici. Conjugulam, inquit, Plinus vocari hoc myrti genus à conjugiis, ex illo Cluacine genere. Malunt alii conjugulam dici, quod opere topiario cum pergulis, & parietibus horrorum elegantissimo spectaculo apertissime conjugatur. Nunc est alia distinctio sativa aut sylvestris, & in utraque latifoliae. A recentioribus plura describuntur myrti genera. I. Myrtus communis Italica, alia est nigra, colore tantum fructus differens. II. Myrtus latifolia Romana; hanc sterilem & fructiferam Bellonius norat. III. Myrtus latifolia Boetica; variat: hæc enim est foliis minoribus, & paulo densioribus: alia majoribus & paulo tenuioribus. IV. Myrtus latifolia Boëtica secunda, vel foliis latis confertim nascentibus. V. Myrtus latifolia Belgica, Varietates hujus sex proponit Lobelius. 1. Omnia maxima, laurea dicta, à folio laurino, lauro tino five regia simili, sed minori & magis acuto, atrovirente, nigraque bacca. Hæc ea quam Romanam latifoliam vocant. 2. Folia habet paulo minora, superne item mucronata, & in acutum fastigata. Et hæc videtur latifolia Boëtica prima. 3. Folio est oblongo, supernè latiusculo, cum superiore ferè pari, bacca alba. 4. Exotica myrtus Plinii pluribus foliorum versibus, five myrtus Mauritanica amatoria Venerique sacra, Arayhan Morisco major Hispanice vocata; foliis non disparibus, sed canulatis, & confertim jucundissimo spectaculo stipatis. (Hæc videtur myrtus angusti folio Boëtica. vide Phytopinacem Bauhini.) 5. Vulgaris folia promit paulo minora in angustum definientia. 6. Inter majores minima est folio oleæ sylvestris, five oleastri. 6. Myrtus angusti-folio Boëtica. vii. Myrtus sylvestris, foliis acutissimis. viii. Myrtus foliis minimis & mucronatis. Hujus & altera species, folio per omnia teneriore, exiliore & angustiore. ix. Myrtus minor vulgaris, quam Tarentinam vocant, à Tarento Apuliae urbe, de qua mox plura. In sylvestri, inquit Plinus, proprie oxymyrrhine est. Hoc excusari non potest. Planè dissimilis oxymyrsine, nec ad myrtum referri debet, aut potest, tota facie diversa planta, nisi quod folia non nihil myrtum referant. Vide libr. 3. cap. de rusco. Sativorum genera topiarii faciunt, Tarentinam, folio minuto, nostratem patulo, exoticam densissimo, senis foliorum versibus. Hæc corrupta. Quomodo exotica, si nostras, id est, in Italia reperiatur? Omnino scribendum ex codice Salmantic. ut testatur Pintianus, hexasticham, id est, sex ordinum; quam lectione quod sequitur, senis foliorum versibus, probat. Hexasticham non exoticam, in antiquis archivis reperiiri, testis præter Pintianum doctiss. Turnebus. De Ægypti myrto libr. 6. de cauf. plant. agit Theophrastus, Plinus; Cato docuit vinum fieri nigrum, siccata usque in ariditatem in umbra, atque ita mulso indita: si non siccantur, bacca oleum gigni. Postea compertum & ex alba vinum fieri album, duobus sextariis myrti tuse, in vini tribus heminis macerata expresseque. In Salmanticensi codice scriptum est, atque ita in musto indita, quæ lectio Catonis auctoritate munitur, cap. 125. Vinum myrtum sic facito. Murteam nigrum (vetus codex myrtum nigrum) arfacito (vetus codex arfacito, perinde quam sequamur lectionem; nam arfacere & arfacere dicitur, sicut calfacere & calefacere. Vide cap. 69. ubi Cato, postea amurcam eximito, & arfacito, ubi itidem in antiquissimo codice legitur arfacito) in umbra. Vbi jam passa erit, servato ad vindemiā, in urnam musti contundito murtæ semiodium, id oblinito. ubi desiverit servere mustum, murtam eximito. Ex alba myrto vinum fieri, docet Columella lib. 12. cap. 38. sed de vino hoc in notis ad Dioscoridem. Plinus, Folia & perse fiscantur in farina ad bulcerum remedia in corpore humano, leniter mordaci pulvere, ac refrigerandis sudoribus. Quin imo oleo quoque (mirum dictu) ineft quidam vini sapor, simulque pinguis liquor, precipua vi ad corrigenda vina, saccis ante perfusis. Retinet quippe faciem, nec pre-

ter purum liquorem transire patitur, datque se comitem præcipua commendatione liquato. Hæc facilis sunt, quæ sequuntur paulo difficiliora. Virge quoque ejus gestata manu, viatori profunt in longo itinere pediti. Quin & virge anuli expertes ferri inguinum tumor medentur. Doctiss. Turnebus in antiquissimus sanctuaris reperit, quin & virgæ jaculi. Fortasse quod è myrto jacula interdum fiebant, quorum hastile virgam vocat, virgæ autem illæ, quæ nondum spiculatæ ferro fuerant, tumenibus mederi censebantur inguinibus. Virgil. 3. Æneid. ubi tela quibus confixus est Polydorus facit myrtlea. Nam primum dicit.

Forse fuit iuxta tumulus, quo cornua summo,  
Virgulta, & densis hastilibus horrida myrtus.

Paulo post addit.

— Hic confixum ferrea texit,  
Telorum seges, & jaculis increvit acutis.

Quibus verbis liquido constat tela fuisse myrtlea. Aliibi valida hastilia myrto tribuit. Lib. 2. Georgicæ.

Viminibus salices secundæ, frondibus ulmi,  
At myrtus validis hastilibus.

Cassianus Basilus libr. 11. cap. 8. disertè tradit, myrtum consciendi sagittis aptam esse. οὐαὶ οἱ τοῦ αὐτοῦ  
νομίσας (εἰπεντελεῖς MS. & interpres) καὶ οἱ εὐτούς ὡρ-  
γὸς οἱ νέοι εἰπεντελεῖς, εἰπεντελεῖς οὐαὶ οἱ αὐτοῦ εἰ-  
μηνδιλοὶ ήται. Gaudet autem assidua circumputatione, &  
evidit ita rectum in altum excitatum ac exurgens, & tum  
ad textilia vasa, tum ad jacula ac spicula aptitudinem ha-  
bet. E Virgilio colligere licet, baculum pastoralem fuisse  
myrtleum, quod fuit inter bellica gestamina Camillæ.

7. Æneid.

Et pastoralem praesixa cuspide myrtum.

Pergit Plinus. Bellicis quoque se rebus inseruit: trium-  
phansque de Sabinis Posthumius Tubertus in consulatu (qui  
primus omnium ovans urbem ingressus est, quoniam rem  
leviter sine cruento gesserat) myrto Veneris victricis corona-  
tus incessit, optabilemque etiam arborem hostibus fecit. Hec  
postea ovantium fuit corona, excepto M. Crasso, qui defu-  
gitivis & Spartaco laurea coronatus incessit. Massurius au-  
tor est, curru quoque triumphantes myrtlea corona usos.  
L. Piso tradit, Papyrus Massonem, qui primus in monte  
Albano triumphavit de Corsis, myrto coronatum ludos Cir-  
eenenses spectare solitus. Avus maternus, Africani sequen-  
tis hic fuit. Marcus Valerius duabus coronis utebatur,  
laurea & myrtlea, qui hoc uoverat. Hec Plinus. Apud Pin-  
darum antiquissimum Poëtam victores Alcathoeis myr-  
to coronatos canit.

α-  
λίκων τῷ τῆς αἴρεσθαι (σφραγίσαταιq; aliquis splendida  
ἀμφὶ πυγμαχίου Κλεάνθης ob pancratium Cleandro  
πλεκτῷ μυρτίῳ neclat myrti  
σέφαρον. ἐπεὶ νῦν Ἀλ-  
καδίον τὸ ἀγώνα σὺν τῷ καθοι; certamen cū felicitate,  
ἐν Ἐπιδαυρῷ τε νέο-  
τας πὲν ἔδεκτο: τὸν αὐτεῖν inque Epidauro juven-  
tus antecepit, quē laudādū  
ἀγάθῳ παρέχει. strenuus præber.

Ob has aliasque causas roboris symbolum singitur  
myrtus. Ipse Hercules, ob robur & fortitudinem inter  
Deos relatus, incedit coronatus ramis myrti.

Eurip. Alcest. act. 4.

Σπίφει δὲ περὶ της μυρτίους κλάδοις  
Ἄμουσ' ύλακτῶν.

Evincitque caput ramis myrtis  
Absurda latrans.

Ad imitationem Herculis, ali viri fortes, caput myr-  
to cinxerunt.

Eurip. Elect. act. 4.

Ἐγὼ δὲ οὐκενός τῶν Μυκηναῖων ἄναξ:  
Κυρεῖ δὲ κήποις ἐν καταβήσεις βεβαῖς,  
Δρέπων τερείνης μυρτίης κάρα πλόκους.

Illic superbis Mycenorum rex  
Forte autem irriguis hortis inambulans,  
Carpit teneræ myrti ferta capiti.

## Myrtus.



Frutex *myrtus* est haud magnus, cultura in exiguae arboris speciem quandoque adolescens, cuius ramuli five virgæ lente, flexibles ac obsequiosæ, subrubente cortice convestiuntur: Folia circa hos lævia ac resplendentia lata aliquantulum & acuminata: uni quidem minuta, alteri vero majora, & vincæpervincæ vulgaris æmula, tertiae autem mediæ magnitudinis: Sunt eadem nonnullis rariora, quibusdam frequentia, caulinos densius stipantia: Flores candidi sunt, staminibus aliquot concoloribus mediis: fructus baccæ sunt oblongæ, colore aut nigræ, aut subalbidæ, in quibus copiosa, munita candidaque semina. Foliis & floribus jucunde *myrtus odorata* est, qui etiam ex his, & præsertim floribus, stillatius elicetur liquor, gratum ac suave olet. Circa autem myrti ramulos ac caudices inæquale quoddam eminensque subinde nascitur, ejusdem coloris, ramos ipsos veluti manus aliqua amplectens ac ambiens: quod myrtidanum vocatur.

Ex eis tamen *πόντοις* *παντὶ πάνται*, &c. Hoc quid sit ignoro. Plinius lib. 16. cap. 32. Illud proximè mirum mutari naturam in iisdem locis (ut aestuosa plantas edant frigidis locis familiares, & frigida plantas gignant in aestuosis nasci solitas.) atque pro in diviso valere. Cedrum aestuosis partibus dederat (hoc de cupresso Theophrast.) at in Lyciis Phrygiisque montibus nascitur. Frigus inimicum lauro fecerat, sed in Olymbo copiosior nulla est. Circa Bosporum Cimmerium in Panticae urbe, omnimodo laboravit rex Mithridates, & ceteri incolae, sacrorum certe causis laurum myrtumque habere: non contigit, cum temporis arbores abundant ibi, punice siccique, jam mali & pyri laudatissime, &c. Legit ergo, *παντηπάνται*, urbemque, inquit esse, circa Bosporum Cimmerium. *Παντηπάνται*, mentione fit infra cap. 18. *εἰς τὸν πόντον*, *παντηπάνται* εἰς ωραίων πόντων δικάσται, &c. Stephanus. *Παντηπάνται* (ita legitur, cum apud Theophrastum circumflectatur) πόλις μεγάλη τῶν τοῦ Βόσφορος (Plinius Βόσφορος) μητρόπολις. Legendum ergo, *Παντηπάνται* vel *Παντηπάνται* non *παντὶ πάνται*, vel *παντηπάνται*, ut infra legitur.

*S*untas ἢ πολλαὶ ἵκε, &c. Ficus historiam aggredior. De hac veteres tam multa ac varia, eaque tam luculenta ac splendida tradiderunt, ut unde exordiar, vix sciam. Attamen, ut quodammodo de hac distinet agam; quæ de fico tradiderunt in plures sectiones dividam, ac primo de fico inventione ac dignitate, tum in quam fructum debeat referri classem, deinde de nomine, postea de descriptione, demum de generibus agam. & si detur occasio problemata quædam ex Aristotele & Plutarcho examinabo. Pausanias tradit, in Attica ficum primum inventam, ac editam prope Cephyllum, ubi Phytalus Cereum (ut fama est) hospitio suscepit, Dea beneficii non immemor ficum arborem dono dedit, quod in ejus monumentis his versibus proditum est, qui apud Pausaniam lib. I. reperiuntur.

<sup>1</sup>Ἐνταῦθεν ἄνακτος ἡρως φύτελος ποτε δέξατο σεμινῶν,  
Δίκαιηραν, ὅτε πεπάρθη ὅταν ὥσχις καρπὸν ἐφῆνον,  
<sup>2</sup> Ηὐτεράν συκεὺς θυηρὸν γένετο. ἐξονομάζεται,  
<sup>3</sup> Εὗ οὐ δέ τημάς φυτελου γένετο. ἐγένετο αἰγάλεως.

Hic Cererem tectis Phytalus suscepereat heros.  
Cui primum sacri largita est semina pomi,  
Quam mortale genus sicum vocat; illius ergo  
Muneris, æterno Phytali gens floret honore.

Alia tamen Athenæi opinio; qui Dyonysum inventorem ex Sosibio Lacedæmonio esse probat. Σωσίβιος δέ οἱός Λάκων πατρικὸς δύρια Διονύσου τῶν συντελεῖ, οὐδὲ πότε φησι καὶ Λακεδαιμονίου Συκιτίου Διονύσου τικῆς. Νάξος δέ οἱός Αριάδην, ἐπεὶ δὲ Αριάδην, ιστορεῖται, Μειλίχιον καλεῖται τὸν Διονύσον, οὐδὲ τὸν τοῦ συκίου καρπὸν ταῦθιδον. διὸ δὲ καὶ τὸ αὐτοποιὸν Εὔθεος ταῦθι τοῖς Νάξιοις, τὸ μὲν Φαραγγίον Διονύσου καλεούμενον εἶναι αριστείλιον, τὸ δὲ τοῦ Μειλίχιου σύκιον περιγράφει Μειλίχια καλεῖσθαι. Σοσί-  
bius Lacedæmonius cum ficus inventorem Dionysum (interpre-  
pres Bacchum, cum Auduscus & Agasthenes Dionysum  
Bacchicum a Dionysio Meilichio diversum faciant) fuisse  
ostendisset, subiunxit ea de causa Lacedæmonios Dionysum  
fycit id est ficulneum venerari. Idem Andryscus & Aga-  
sthenes referuntur. Naxitis Dionysus Meilichius appellatur,  
quod mortalibus ficum dederat. Ob eamque rationem apud  
Naxios Dei Dionysi Bacchici vitiginea facies est, illius vero  
Dionysi, quem Meilichium vocant, è ficulna, ficus enim Meilic-  
hia Naxii vocant. Interpres vertit, ob eandemque rationem  
apud Naxios Dei Bacchi, quæm Dionysum vocant, è ligno vi-  
tis facies est, illius vero quem Meilichium nuncupant è ficu-  
 quasi duo essent Bacchi; cum Græcus auctor duos Dio-  
nysos dicat. Nec Dionysi epitheton Meilichius ut apud  
Athenæum legitur, sed Μόρυχος. Suidas, qui alphabetæ  
seriem servat. Μόρυχος — ἐπὶ θετοῦ δὲ ἐστι τὸ Διονύσου. λότος Φι-  
μορύχιος, ὁ δὲ μολυβεύει. ἐπιδιὸς τεντῶσ τὸν βοτερίων τὸν γλεύκειν καὶ  
τοῖς χλωροῖς σύκοις Corruptus videtur Suidæ codex paulo  
enim aliter hæc & nitidiora, ac clariora in Zenobii colle-  
ctaneis leguntur. Μόρυχος δὲ Διονύσου ἐπὶ θετοῦ λότος Φι τὸ πρόσω-  
πον ἀντοῦ μολύνεσθαι, ἐπιδιὸς τεντῶσ, τῷ δόστον τὸν βοτερίων γλεύκειν,  
καὶ τοῖς χλωροῖς σύκοις. Morychus epitheton est Dionysi, ab  
inquinando videlicet propriam faciem, inquinare namque  
eam solet Dionysus in vindemiis musto & viridibus fisca.  
Hæc satis ostendunt, & Athenæi & Suidæ codices cor-  
ruptos. Scriptis Suidas τεντῶσ τῷ δόστον τὸν βοτερίων γλεύκειν,  
non ut Aldina & Milanensis habet editio τεντῶσ τὸν βο-  
τερίων γλεύκειν. Apud Athenæum vero legi debet non μειλίχιος,  
μειλίχιον, & μειλίχια sed μόρυχος, μορύχου & μόρυχα. In adagiis  
Erasmi extat proverbium Μαργαρίτης οὐ Μορύχος stultior es  
Morycho; in eos qui ridicule & stulte quid faciunt: huic  
adagio peculiariter obnoxii, qui domesticorum nego-  
tiorum negligentes, foris aliena curant. Dionysus ubique  
temulentus, ridiculus ac parum cordatus inducitur à  
Poëtis. Dignitas ficusque præstantia tanta apud veteres  
fuit, ut Poëta Ananius jambicus canere non erubueit.

<sup>γ</sup>Εἰπε καθεῖρξε γευσὸν ἐν δόμοις πολλὸν  
Καὶ σύκα βασιὰ καὶ δύνη τρεῖς αὐτῷ πάντας  
Γνοίο χ' οἵστω τὰ σύκα τοῦ γευσοῦ κρέας.

*In ædibus auri multum si quis concluscrit  
Et paucas ficas duoque vel tres homines,  
Quanto ficas auro sunt præstantiores intelliget.*

Certe vel vile iis temporibus aurum fuit, vel homines auri minimè cupidi, vel ficus admodū grata acceptaque. Batavus, Gallus, Germanus, Britannus, Hispanus Italus aurum eligeret : unico altero aureo equite plus centum libras ficuum emere licet. Sed non dubiū, quin Hyperbolianus hæc dixerit Poëta, Herodotus tamen in historiis introducit virum regi persuadente, non debere contra viros expeditionem facere, qui inter alia neque vino uterentur, neque ficus quibus velcantur haberent: en verba Herodoti ut ab Atheneo lib. 3. citantur. ὁ δὲ Θαυμαστῶν Σωκράτης μελίγυρος Νεοδήτος εἰ τὴ περί τῶν ισορροῶν, τῷ μέρει ἀρχόντος Φοῖτον εἶναι τὸ σύκα, ἐπειδὸς λέγων, ὃ βασιλεὺς οὐ δὲ εἴηδε τοιούτους πλευραλέκτηρας τραπεζίσταις, οἱ σκυτίνως φύρα ἀνάκεισθαι, σκητίνως δὲ τὸν ἄδειον ιδεῖντα Φοίρουστ. στιστότες οἱ οὐράνιοι θεοί, ἀλλὰ οὐτοὶ ἔχοντες, κάρεως ἔχοντες τραχεῖλον. οὐτοὶ οὐδὲ τὸ Δίοντον εἶναι γένεσθαι, ἀλλὰ οὐδεποτέ οὖν. οὐ σύκα ἔχοντες τραχεῖλον, οὐτοὶ οὐδὲ τὸν ἀράβην. Herodotus imprimis admirandus, Et melissinus, libro primo Historiarum, ingens bonum mortalitatē fucus esse, ad hunc modum scribit: Adversus illos homines, οἱ rex exercitum comparas, qui anaxyrude id est Eumenali.

reliquo vestitu coriaceo utuntur; cibantur vero non iis que cupiunt, sed iis que suppetunt; regionem asperam incolunt: vimum, per Iovem, non bibunt. Nec ficsis nec aliis cibis lauitis vescuntur. Nec negligendum quod tradit ex Polybio Athenaeus Πολίτεος διό τη Μεγαλοπόλιτης εν τῷ διδεσμῷ τῶν ιστοριῶν Φίλιππος Φιλος ὁ Περσιών πάτητος, οὐ τοις Ασίαις κατέτεταχε, ἀλλ' εἰς τοφῶν τοῖς εργατικοῖς θερζούτας οὐδὲ Μαγνησίας εἶπεν αἵτοις οὐδὲ τοις ἔποις διό την Μυοῦντα Κινδύνους τοῖς Μάγνησιον οἰχομένων τοῖς ζευγίοις αἴτια τοις σίκεσιν. Polybius Megalopolites libro duodecimo narrat. Philippum Persei patrem, cum incursionibus Asiam vastaret, commeatus inopia, quia frumentum deesset, in cibaria militum, à Magnesii ficsis accepisse, ideoque potum Myntre, pro datis ficsis eum locum tribuisse Magnesius. Artaxerxes Mnemon junioris Cyri frater, in fuga apparatu eius direpto, cū caricis vesceretur exclamavit, dicens Cujusmodi voluptatis expertem me regalis fecerat affluentia! Calendis Ianuarijs caricas, cariotidas, & mella, tum Deo, tum amicis veteres elargiri solebant, ut dulces anni dies à dulcibus auspiciarentur. Fuit ficus excidii Carthaginis causa, ut refert lib. xv. Cap. xvij Plinius. Sed à Catone appellata jam tum Africana, admonet & Africæ, ad ingens documentum uso eo pomo. Namque perniciuli odio Carthaginis flagrans, nepotumque securitatis anxius, cum clamaret omnis senatus (ita antiquus Codex) Carthaginem delendam, (Contra Scipio Nasica servandam Carthaginem defendebat, ne urbis æmulæ metu deleto luxuriari Romana fortitudo inciperet: Lacedæmonii aliquando cum vi urbem munitam invassisent, Ephori qui nossent, quantum militaris disciplina periculo illius & pugnis continuis custodita, nusquam esset dilapsa, non quidem victoria inflari ceperunt, ut fieri solet, sed dicere identidem non erubuerunt, οὐδετὸν τὸ πάλαισμα τῶν νιῶν desperata est juventutis lucta, ratione addita quod hostes non haberet, rursum, jurante rege urbem quandam, quæ multas molestias Lacedæmonis dederat, se solo equaturum, nullo modo conesserunt ijdem Ephori, quod metuebant subversam iri τὴν ἀγρήν τῶν νιῶν juventutis cōtem, id est, robur & fortitudinem. Cæterū senatus Romanus nec Catonis, nec Scipionis sententiam probavit, medianam quippe, ut refert Florus, tenuit, ut urbs tantum loco moveretur, quod nihil æquè magnificum ac splendidum videretur, quam superesse Carthaginem, sed non formidabilem) Pergit Plin. attulit quodam die in curiam præcocem ex ea Provincia sicum, ostendensque patribus, interrogo vos, inquit, quando hoc pomum demptum (forte decerpsum scribendum) putatis ex arbore? Cum inter omnes recentem esse constaret, atqui tertium inquit ante diem scitote decerpum Carthagine, tam prope a muris habemus hostem. Statimque sumptum est Punicum bellum tertium quo Carthago deleta est; quanquam Catone anno sequente rapto. Quid primum in eo miremur, curam ingenii: an occasionem fortuitam celeritatemque cursus, an vehementiam viri (doctissimi hæc alio ordine & aliter scribenda existimant. Quid primum in eo miremur, curam geruli, celeritatemque cursus? an occasionem fortuitam? an vehementiam viri? hæc quanquam satis probata & idonea lectio, tamen, cum nulla detur ratio, cur vulgata rejiciatur, causam habeo nulgam cur potiorem hanc habeā) Supra omnia quiddam est, (vox quiddā vide an deleas, in neutrō manuscripto, ut monet, Pintianus, habetur) quo nihil equidē duco mirabilius, tantā illā urbem, & de terrarū orbe per Cxx annos æmulam, unius pomi argumento eversam, quod non Trebia, aut Trasymenus, non Canne busto insignes Romani nominis perficere potuere: non castra Punica ad tertium lapidem vallata, portaque colline adequitans ipse Annibal. Tanto propius Carthaginem pomo Cato admovit. Fuit ficus symbolum vitæ purioris. Athenaeus lib. 3. ἡ συκῆ ἄνθρης φίλοις ἡγεμῶν Θυραῖς (forte καρποῖς) vel μαργαρίτην ut aliis placet legendum) βλοτοῖς ἀγρόπεπτος ξύλον, δέλος δὲ τοῦ τοι τοῦ καλεῖται τοῦ Αἰγαίου ισχεῖσην τὸ τόπον, τὸ οὗ παῖσι τοις εἰσέβα. τὸ δὲ ἀπ' αὐτῆς καρποῖς ἡγεμονίας, Άλες τὸ πεπάτον εὐεργέσιον τῆς ημέρας τερψός. Ficus, amici viri, mortalibus purioris vitæ magistratuit, vel hoc argumento, quod locum ubi primum arbor hac reperta est, sacram sicum Athenienses vocaverūt, ipsiusque fructū ἡγεμονία, id est, unicoloris, & cultioris vitæ ducē, quod ante mitores cibos omnes inventus fuerit. In excusis Athenæi codicibus non ἡγεμονία sed ἡγεμονία, scriptum est, cum apud Suidam ἡγεμονία legatur ἡγεμονία, ἡγεμόνες, τοις ἡγεμονίαις η ἡγεμονία. Διάτοι δὲ την οὐδετέρην παλαιότερην λέξιν η μετά τῶν συκῶν. In Hesychii quibusdam codicibus ἡγεμονία in aliis ἡγεμονίαις scriptum reperio. Doctiss. viri ἡγεμονία scribendum docent. Apud Atticos idcirco vetitum erat ficus five caricas exportare, & qui ficus furto abstulisset, τυχόντα dicebantur. Istop ex τοῖς Αἰγαίοις, οὐδὲ Εὔρωποι Φιλος τοῖς Αἰγαίοις οὐδὲ αὐτοὺς γνομένας ιχθύδια ήν μόνοι διαλέκτοισι οἱ ιητούποιοι.

τε καὶ ἐπὶ πολλοῖ ἐφιστοῦσσοις Δικαιόποτες, διὰ τούτους μηνίστησαν  
τοῖς θηγανεῖς, ἐκλήρους τότε πεδίοις συνθάντω. Ister in Attica  
prodidit, vetitum fuisse caricas exportare in Atticana-  
scentes, his indigenae ut soli frucentur; cum vero multi fur-  
tim avehere deprehenderentur, delatores qui apud judicet  
illos accusarent vocatos fuisse principio sycophantas. Alia  
tamen videtur Alexidis Poëtæ de sycophantis sententia.

Ο συκε φάντης οὐ δικαίως τόνυομα  
Ἐν τοῖσι μοχήμασιν ἐστι κειμένου.  
Ἐδει γὰρ ἔστις γένεσις λεύ, ηδύτερον ἀνὴρ,  
Τὰ συκα περιελέγεντα δηλοῦσε τὸν τρόπον.  
Νῦν δὲ περὶς μοχήματος ἡδὺ περιελέγεν  
Ἀπορεῖν πεποίηκε, Δῆτε τὸ τοῦθος οὔτεως ἔχει

*Sycophantæ nomen immerito  
Viris improbis est tributum;  
Nam qui foret bonus, ♂ urbanus, is debuit  
Indicatis sic cubus, † mores approbare † suos.  
Nunc autem flagitiosos, cum sic nominent,  
Dubitare id cogit, cur id factum sit.*

uter gerere, quoniam eo cibo Venus acceditur. De cucumeribus agere Athenæum probatione non indiget; quippe quæ præcedunt, & sequuntur ad cucumeres pertinent, nec de alia planta, quam cucumere intelligi possunt. Objicit quis, cucumeres, ut docet Dalenus multis in locis, Venerem inhibere, quod ipse Athenæus ex auctoritate Diphili Siphnii testatur, Διφίλῳ οὐ φησι, ὁ σικὸς φυτός ἵππερον — ἀφεθαῖστον τὸ φυτόν. Diphilus tradit cucumerem vi quidem refrigerandi præditum Venerem cohíbere. Quomodo igitur quod Venerem conciter cucumer dici potest σικὸν? An dicendum, per antiphrasim nomen hoc impositum, quod minimè Venerem stimuleret, sed adveretur? An vero codex Athenæi corruptus? Postremum omnino verum, scribendum σικὸς δὲ οὐ σικέα καί κιν, a movendo & progrediendo, quod cucumeres facere, nemo botanicorum ignorat. Hanc lectionem probat Eu-stathius lib. 5. Iliad. εἰ οὐσιώδης γράμμα, τὸ οὐσιώδης σικόν. Καὶ εἰ τὸν αὐτὸν δὲ κατέτεται παλαιός οὐσιὸς οὐσιώδης η τρέπω μιγγόν. Ficum σικῆ & cucumerem σικόν di-ctum tradit a movendo & progrediendo, quod fico non satis convenit: hæc enim tarde crescit & movetur. An vero nomen hoc impositum, quod ὀλύνεται, sive fructus rudimentum, cum impetu quadam repente expellat? An vero quod, antequam folia medio vere promit, novum germē prius vi quadam celeriter emittat? Certe cum impetu quadam hoc expellitur, brevique suum incrementum capit. Arbor Græcis σύκεα & συκῆ, fructus σύκην. Suidas σύκεα τὸ δέρδρον οὐ συκῆ, σύκη δὲ οὐ μερός. συκῆ vox plura apud Græcos denotat; arborem notissimam ficum; per contractionem συκῆ morum significare capite de moro dicam; ut Latinis ficus fructus est & morbus, ita Græcis σύκη morbum vocant & fructum. Sed alius morbus a Latinis ficus, alias à Græcis σύκη dictus. Galenus in linguis σύκη ἴππαντας δοτούσι εἰ τοῖς τῶν βλαφάρων τόποις γαρுπίνας, carnosas quasdam eminentias in palpebrarum locis obortas. Hunc morbum exactius describit Egineta lib. & cap. 3. σύκη ὄντη μέσους βλαστήσατε ἕππαδι, τροχύλα, ὑπόσκλη-ρο, εἰσεργόν, οἷς διπλούσιον καὶ ὀδύνην. Φύεται ἐπειπο τὸ μὲν ἀλεῖ-σον εἰ κεφαλὴ καὶ τὸ ἄλλο σώματα. Ficus nominant eruptiones ulcerum modo rotundas, cum duritie quadam rubentes, quas dolor etiam comitatur. Fit vero hoc malum plurima ex parte in capite, nascitur tamen & in reliquo corpore. Contrarium docet Scholastes Aristophanis, Pollucis, & Hesychii, σύκη, inquit, εἶδος παρήγετο αἱ τοῖς ὄφρυλοις, καὶ τὸν εἰς ἄλλον τὸ μέρος τὸ σώματος φυέμενον ὁ φάσιν ιδιωτικὸς συγκέμενος. Affe-ctus genus est, quod semper in oculis, neque in alia corporis parte nascitur, quod vulgo συκέμενος vocant. Eadem Pollu-cis sententia, idem Hesychius apud quem σύκη non σύκη legitur. σύκη τὸ ἐπὶ τοῖς βλαφάροις νόσησε, οὐ πᾶς σικων. An apud Hesychium scribendū σύκη τὸ ἐπὶ τοῖς videant Grammatici. Aristophanis Scholastiæ, Hesychii & Pollucis ju-dicium de morbo σύκη probare videtur Galenus, verbis supra citatis. Ficus Latinis tria hæc significat, fructum notissimum, arborem, & ulcus quoddam in pilosis nascens locis. Pro hac significationum varietate diversa habet genera, & declinationes. quod ridere videtur lepidissi-mus Martialis.

*Cum dixi ficus,rides quasi barbara verba,  
Et dici ficos Cæciliæ jubes.  
Dicemus ficus quas scimus in arbore nasci  
Dicemus ficos Cæciliæ tuos.*

Cæterum tanta apud veteres fuit ficus in aestimatione, ut omnibus ejus partibus peculiare quoddam nomen derint. Immatura ficus Græcis ὄλυνθις & ἐρυθρός dicitur, de quibus vocibus supra libr. 2. & tertio abunde egimus. Dicitur etiam κόκκινη. Scholiafest Nicandri in Theriacis. κόκκινας ἡ τούς ὀλυνθούς άλετο φάσινδος κατ' ἕταρ ἀμφα τούς κόκκινους. Cocygas grossos vocat, quod simul cum ave cocyge verno tempore appareant. Latini immaturam ficum grossum vocant. Flos maturitatis falsam specie præferentes φύλλην vocarunt Græci, comment. Aristophanis ad hunc verbum in pace. τὸν οἴη φύλλην ὁρῶν εἰδεῖν τοτε εἶδος ὅποτε νὴ πίπον, ἐδίω καρπίζω. Ad hunc locum Scholiafest. ὁ ἥδη τοιχοῦς καιτηριώνος ὁ στύφιον μέρον πιπάνων ἔχον, ἀλεργός ἡ ἄν, Pollux libr. 6. cap. II. non tantum immaturas ficus φύλλης sed οὐκοῦδε vocari tradit. τὸν ἡστόποτον πέπισα ταῦν σύκαν, οὐκοῦδε καλεοῦται τῷ δῆλοντος, οὐ φύλλης τῷ δῆλοντος Αἴγυπτον. φύλλης dicuntur que maturitatem mentiuntur, a φυλών decipere, quod immaturæ existentes, oculis imponant, præbita maturitatis specie. Suidas φύλλης ὁ ἀπάτηλος. Εἰ δὲ μὲν οὐκι. impostor ficusque immatura. Ficus quæ maturitatem adepta est, κόκκινη, Eustathio & Athenæo libr. 3. dicitur. Φιλάρμον οἱ τοῦ Αἴγυπτος λίγεστοι καλεῖσθαι φυτα πινάκιστη βασιλεῖσα, αφ' ἣν καλεῖσθαι τὰς βασιλίδεις ισχύεισα, καταστρέψεις ὅπις καλύτερη κατέται τὸ πίπον

σύν. Philemon in Atticis vocabulis, quasdam fucus regias vocari tradit, & ab illis regias caricas nominatas fuisse, huic idem narrationi addidit maturas fucus vocari colytra. Dalecampius in annotationibus dubitat an καλυφος, id est, leve, legendum sit, sunt enim maturæ fucus immaturis se iphis leviores. Siccatus fucus leviores concedo, at recentes, & adhuc in arbore immaturas leviores esse nego, in promptu ratio, quod succo scateant optimè concocto. apud Suidam legitur, καλυφος τις φυτος, quod de matura fico intelligi nequit. Siccata fucus ιχας dicitur. De hoc etymo videamus. ιχας dicitur, quasi ιχας ab ιχνωδε, arefactum, siccatum esse. Aristophani Scholia festes, φίσιπλος γένος συκης επιπλοιος οις έπερσοις οι ιχνωδοι, επι της ιχνωδοις ιχνωδεις. (idem Suidas, sed apud eundem, αρι ιχνωδοις ιχνωδεις legitur.) Phibalis fici genus aptum ad exsiccamandum, etenim ifschas ab ιχνωδεις exfissari dicitur. Ιχας, igitur fucus sicca. Malunt alii, ιχνωδα τοδιη το ιχαν δici, quod ulterius fici autumnali tempore prohibetur augmentum, hi ita distinguunt, ut primum sit ολωθος, mox φύλας, deinde συκη, postremo ιχας. Hæc opinio Suidae nititur auctoritate. ιχας. ιχνωδας πε οδοις ιποτε τε η διδηρη της κρητικης Φαρμακος ή Αθηναιος, έχεντο την ιχνωδον. ή ιποτε μιχει τον εφεβαινει, τηρησην γδ ολωθος. ή τη φύλας (male φιλας scriptum habetur) ή τη συκη, (ita legendum, male συκη) ή τη ιχας. ιχαν πισσου την ανησου, πάντα δι τα τρεχυματα ιχνωδας επιλογη. ιχας ergo fucus siccas & quæcunque bellaria denotat, quod satis aperte geoponica docet auctor libr. 10. cap. 54. οιστης η έπερσην κρητον σύκην τας κραυγηριας ιχνωδας δονιζιον θερμην, ut aridi fici fructus qui ifschades Greec vocantur imputridi permaneant. Pollux non tantum ιχνωδα, sed κρητον vocari tradit a Poëtis. ιχας πυλαδη, ιχας οικη, χλασι. ιχας αρχαια η έπερση πεπυχθυμην, οι ή Καρναδει ή ιχνωδα κρητον λιγνων. Ifschas masia ficuum (masiam ficuum in modum laterum figurabant, & ut diu illæsa permaneret calcabatur & compingebatur) ifschas, id est, fucus novella viridis (an ergo ιχας fucus perquam matura, & siccatu.) Vetus fucca, sale condita, Comici copten vocant. Significat præterea ifschas ἄνθος herbam de qua lib. 4. Theophrast. fucus siccata Latinis carica dicitur. Glossæ ιχας carica. Plinio ramen carica fici genus, libr. 15. cap. 19. Ex hoc genere sunt, ut diximus cottana & carica &c. Vide quæ inferius, ubi de generibus nobis sermo dicuntur. Dicebatur eadem fucca. Plin. libr. 23. cap. 7. fucca fici stomachum laedunt, &c. Recentes vero pingues vocabantur. Idem Plin. loco citato, Carcinomati, si sine ulcere est, quam pinguisstum ficum imponi pene singulare remediu est.

Horat. libr. 2. cap. 8.

*Pinguibus & fiscis pastum jecur anseris albi.*

Iecur auferis fici pasti, quod συκόπη, à Græcis, ficatum à Latinis vocatur, olim in deliciis fuit. Novella fucus συκάς vocatur, quanquam alii novellam ficum sic appellare maluerunt Pollux libr. I. αἱ μὲν τοι νέας συκαὶ συκάδες εἰσ- λοῦσθε, ιπέται ἐπὶ τελίας σύντονος σκαλούσι. Fici umbilicum At- tici ὄμφαλὸν vocant, Pollux lib. 2. οἱ δὲ Ἀπίηδη κράτεροι τὰ το- καντ ποθεῖσια ὄμφαλὸν ὀνομάζουσι. Examinandum Nicandri carmen.

Τῷ καὶ δύναμις τελετῇ ἐν νέκταρι μίξεσ  
Σύκων αὐτοφεύσαν ἀλις πόσιν ὄμφαλόεσσαν.

Quæri solet, cur πόση ὄμφαλόσων dixerit Poeta. non audiendi qui umbilicosam vel umbilico similem potionem interpretantur. An itaque, ὄμφαλόσων πόση, dixit potionem quæ ex ficibus sit umbilico præditis. Rimas enim ficus inferne habet (loquor de exsiccatis) instar umbilici, per quas liquor ipsorum effluxit. an ὄμφαλόσων dixit, nutricantem, alentem, quia omnes in utero materno infantes per umbilicum alimentum accipiunt atque respirant? Utramque sententiam defendit uterque Nicandri Scholiaestes, sed primus priorem, posteriorem alter. ὄμφαλόσων δὲ οὐ τὸν τῷ ὄμφαλῷ τεστιγίους, οὐ τὸν εἰς σύκαν τὸν ὄμφαλός εἰχόντα, τὸ γὰρ σύκην οὐδὲ εἶχον, δικλινὸς ὄμφαλον δὲ οὐτῷ οὐτος αὐτὸν φέρει, hæc prior Scholiaestes, alter. οὐ ὄμφαλόσων τὸν τερψιθόντα τὸν ὄμφαλόν. βράσις γάρ οὐ ὄμφαλος, επὶ δὲ αὐτοῦ τὸ θερμόν πάντοι τὸν τερψιθόντα δέχεται, κορώναντος, Φίρικας οὐ μερινθός. Αὐτὸν τὸν θερμόν τὸν θυρόν, ιναὶ μὴ δύολητα. Quæri etiam potest, cur τελετέει dixerit? Refert Scholiaestes duplēcē circumferri lectionem τελετέει & τελεταῖ. Si priorem, five vulgatam sequamur lectionem, versus citati, in hunc interpretandi sensum. Cape ficuum arefactum ac umbilicum referentium (nurricantium) cui tria folia sunt, summos coliculos, ac vino misce ac pro potionē assūme. (de voce χρήσθη alibi abunde egī) Altera si magis arrideat lectio; Verte, bona ficus arefacta umbilicum referentis

referentis, vel bene alentis potionem vino trium annorum misce. Scholiaestes. τελετή διονεί τελετίπλοι, τὸν συσύρων οὐκέπιδης εἰς τελεία πίπελαι τὸν σύκο ξενογνωμόρα, εἰς τελεία μελορά. ήταν τα Φύλλα τῆς συκῆς εἰς τελεία ιχθύα. Triplete quasi trifoliae sum, ex sicibus scissum in tria folia, sicut enim aresfacta in tres partes scinditur, vel quia sicut folia in tres partes scissa. Posteriorem sententiam etiam alter probat Scholiaestes. τελετή διε τελετήσιον τὸ Φύλλα τῆς συκῆς εἰς τελεία ιχθύα. An ergo Nicander Antiochicam intelligit sicutum, quam φύλλον νοσοκομεῖον vocari tradit Strabo libr. 15. ταῦτην δὲ φύλλον καλούμενον Αντοχικὸν ισχαδα. τὸ δὲ αὐτὸν καὶ τὸ φύλλον οὐκανθρώπινον. Grana sicut κυρτούμενος dicunt. Hesychius, κυρτούμενος τὸ σύκο τῆς συκῆς απομένων. Cenchratis semen parvum intus in siccō contentum. Κυρτούμενος à milii quadam similitudine, quod refert sicut granum. Plinius frumentum vocat libr. 15. cap. 19. Ficus mollis omnibus ractus: maturis frumenta intus, succus maturiscentibus lactis, percoctis mellis. libr. 13. cap. 7. grana interiora vocat. id ipsum sicut est prædeuleis sine granis interioribus. Grana hæc à Belgis luppen, hoc est, pediculi vocantur, à sonitu pediculos, dum necantur, imitantur. Lac sicut εἶδος dicitur de hac voce lib. 6. hist. c. 3. plura dicenda. Apud auctorem anonymum de vita Alexandri, sicut lac, συκῆ συκῆs dicitur. Folliculos glumas vocant à glubendo. Fici folium Græcis θρόνος dicitur. Hesychius, θρόνος φύλλον συκῆς. ή αὐτὸν, καὶ τὸ καρπὸν διεμούμενον βεβαῖται. Thria, sicut vitisque folia, cibosque in ipsis contentos, significat. θρόνος appellatur, uti auctor etymologæ docet, ή τὸ σημεῖον εἴη, quod in tres dividatur partes. Malunt alii à scabritie nomen hoc impositum, quam sententiam probat libr. 5. sympos. quæst. 8. Plutarchus, τὸν συκῆς καὶ τὸ φύλλον θρόνον τελετήσιον θρόνον, sed θρόνος non tantum sicut, vitisque folium denotat, sed quodvis folium. Apud Nicandrum in Alex. legitur.

Πολλάκι δὲ θρόνος χειρὸς Βάρος αὔνον Θείων  
Πλανηταῖς καματίτων.

Scholiaestes, θείας δὲ ιδεῖς ίδρυ τὰ φύλλα τῆς συκῆς εἰστε οὐκέπιδης τὰ τῆς αυτούς. οὐδὲ τῆς καματίτων Θείων, &c. Habet & alias significations vox θείας, significat enim libi genus, aliaque edulia è sicibus confecta. Sed propriè, ut dixi, sicut folium sic vocatur ab asperitate. Hinc adagium, τὸ θείον τὸν ιγκελον, sicut ne folio anguillam tenet. Anguilla enim piscis lubrica in sicut folio propter asperitatem contineri potest. Adagium de eo dicitur qui fugax & lubricus, arctiore modo tenetur, quam possit elabi. Scholiaestes Theocrypti alterum tamen etymon placet. θείας κυριας τὸ τῆς συκῆς φύλλον. η τὸ τοιούτοις τελεία διεκτικόν εἴναι τὸ θείον. Et hæc de nominibus sicut, & quomodo singula ejus partes vocantur. Quæ de sicut sparsim tradit Theophrastus hoc capite non examinabuntur, cum id suo loco, ubi de sicut loquitur Theophrastus, factum sit. Ficum genera Theophrastus, Dioscorides, Galenus, & veteres omnes fecere duo, urbanum & sylvestre. Sicut sylvestris θείας συκῆ dicitur Dioscoridi. Athenæus lib. 3. Sicut immatura arborētum θείον, accentu in ultima, vocari scribit, fructum θείον accentu in antepenultima. τὸ δέρδηρον ή θείον συκῆ η τὸ ιγκελον, θείος καὶ τὸ αρρένος λέπτα, agrestis sicut arbor masculino genere θείον vocatur, ejus vero fructus in neutro θείον. Quod tamen, ut idem scribit Arthenæus, non obser- vavit Sophocles. Σοφοκλῆς δὲ οὐ Εἴδην γέμη τερπικῶν τὸ τοῦ δέρδηρου οὐδεποτὲ τὸν κυρτόν σκάλασεν εἴπων.

Πέπων δὲ έρενος (ita scribendum non έρενος)  
αὐχενίος ὡν  
Ἐς βοῶσιν, αὐλούς έρενος οὐκέτις λόγω.

Πέπων δὲ έρενος αὐχενίος, αὐτὶς τὸ πέπων θείον. Vertunt. Sophocles in nuptiis Helenes fructum arboris è nomine, figurata sic dixit.

Immaturus erinus, id est, immatura caprificus, cum sis, nec idonea  
Cibo, alios oratione tua caprificas. F

Οὐκέτις τὸ θείον, id est, immatura caprificus nimis illi dixit, pro τοῦ πέπων θείον, id est, immatura caprificus fructus. Ad hunc locum Dalecampius in doctiss. margin. annot. Sic Plinius lib. 15. cap. 19. caprificum dixit, pro caprifici fructu. Iunius adagio, grossus maturus est in ineptus. male verit grossum. Est enim grossus sicut sativa immatura fructus. η θείον de caprificatione vide Theophr. libr. 2. cap. 12. de cauf. Plinius lib. 15. cap. 19. convenit hoc adagium temerariis adolescentibus, qui senes peritiores docere conantur. Hæc Dalecampius. Alia Casauboni sententia.

Sopocleum hoc proverbium simile est illi, lepus tute es, & pulpamentum queris. Sed scribendum πέπων θείον, etiā accentu in ultima. Arboris nomen est θείον & θείον: fructus θείον, inquit Eustathius, vel portus θείον ut σύρρ, quod clarum ex sequentibus Arbenæi (locum jam citavi) qui observat dixisse Sophoclem πέπων θείον, quod arboris nomen est, pro πέπων θείον, quomodo fructus appellatur, inquit. Ceterum πέπων, id dictum admonet Atheneus. Ita autem vertendum, tu cum sis grossus nihil, & insipidus, ad commendandum inutilis, alios verbis incrasias tanquam ignavos & insipidos. πέπων accepio hic ut apud Homerum, quando probri loco aliquis dicitur πέπων, mollis & ignavus. Adrianus Junius, magni judicij vir, aliter interpretatur: cui non assentior. Dalecampio multo minus, emendantι πέπων (quomodo etiam legit interpres) Reclamat libri, reclamat Eustathius, reclamat sententia; quam opinor, primi nunc indicamus verē ιεράρχεις λόγῳ, valet oratione tua ιεράρχεις νο-  
cas. Non enim usicata significatio verbum hoc usurpat, sed nova & insolente, ut multa apud Tragicos & Comicos, quando præstrem loquuntur homines irati, aut si mavis, interpretare ιεράρχεις λόγῳ, verbis lascivis, & ad contentio-  
nem provocas: ut sit allusum ad originem vocabuli, quod ab επις deducunt Grammatici. Etiam apud Latinos caprificus in significazione vitii usurpatur:

— & quæ semel intus  
Innata est, ruppojcore exierit caprificus.

Priorem versum integrare sic possumus, πέπων θείον αὐτὸς οὐδὲ ιεράρχεις. Hæc Casaubonus. Assentior scribendum ιεράρχεις, non θείον, ut in vulgaris habetur. Non tantum θείον, sed & ιεράρχεις vocatur, πεπών ιεράρχεις μηδέων, ascendentem excelsam sicut agrestem, apud Plutarchum in Camillo legitur. De his vocibus plura libr. 3. cap. 7. dixi. Ficus hæc sylvestris, ut Herodotus & Pausanias scribunt τελετής vocatur. Credo, quod instar caprorum lasciviat. Pansani, libr. 4. Messen. πέπων οὐδὲ ιεράρχεις Δαιπόντιον πεπώντιον τοιόνδε. τὸ δέρδηρο τὸ ιεράρχεις εἰστι Ελλάσης οὐ καλούσθει λέπτας. Μεσσηνοὶ η αὐτὴν τελετή. Aliud vero, longe innuerat deus, quod fuit hu-  
jusmodi. Caprifici stirpem è Græcis plerique olynthum; Messenii ipsi caprum (ερεβον) nominant. Nicander, ut ait Scholiaestes, ηεράρχεις vocat.

Πολλάκι δὲ ιεράρχειται κρέδην, πέρεργός τε σελίνου.

Scholiaestes. ηεράρχεις τὸ ιεράρχεις συκῆ. de κρέδην, Plura lib. secundo dixi. Latinis caprificus dicitur à carpendo, quod parietes & maceris, atque adeo faxa ipsa sibi obstantia discerpit Martial.

Marmora Messale scindit caprifatus.

Sylvestris sicut à sativa differt, quod succum & lac ad omnia valentius habeat, ut docet Galenus lib. 8. simpl. δὲ τὸν ιεράρχεις συκῆς η ιεράρχεις διεμάζετο. ηεράρχεις τὸ ιεράρχεις τελετής. & hæc de sylvestri sicut. Urbanarum sicutum 29. genera recenset Plinius; sed inter illa recenset Ideam, Indicam, Alexandrinam; de quibus libro præcedenti egimus. E reliquo, inquit, libr. 15. cap. 18. genere pomorum sicut amplissima est, quedamque & pyris magnitudine emula, de Αἴγυπται Κύπραιque miraculis retulimus inter externas. Pomorum, inquit, amplissimam, sed, an ad pomorum classem referri debeat, dispari solet, quid pomum, quid nux alibi abunde docuiimus. Questionis hujus auctor Macrobius libr. 2. saturnal. cap. 16. Quid? quod sicut tanquam non pomum secerni à pomis apud idoneos reperimus? Afranius in Sella. pomum, holus, sicut, uvam. Sed & Cicero Oeconomico libro tertio. Neque serit item, neque quæ sata est diligenter colit, oleum, sicut, poma, non habet. Hæc Macrobius. Quem miror non adduxisse Columellæ auctoritaté, apud quem in præfatione legere est. Tot pomorum, olerumque cultus exercere, tot generibus sicut rosariis impendere cum. Iurisconsultus. Qui fundum vendidit pomum recepit, nuces & sicut, & uvas duntaxat duracinas, & purpureas & que ejusdem generis essent, quas non vini causa habere-  
mus, quas Græci τελετής appellant, receptas videri. Ex his locis sicutum inter pomorum genera non referendam, probatur. Non attendit Macrobius, pomi vocem propriè & late, impròpiè & strictè quandoque sumi. Proprie quidem de omni fructu arboreo, molli cortice tecto, impròpiè vero de certa quadam specie, nempe de malo. Sic Virgilius lib. secundo Georgiarum poma distinguunt ab oli-  
vis & pyris.

Nec pingues unam infaciem nascuntur oliva.  
Orchites & radis, & amara pausia bacca:  
Pomaque, & Alcinoi sylve nec surculus idem  
Castaneis Syriisque pyris, gravibusque volenis.

Uti his in versibus pomum malum denotat, ita apud Ciceronem, Columellam, Afranum Iurisconsultum pomi vox, pro malo, non quolibet fructu sumitur. Speciale pomi nomen apud auctores citatos, non generale, & haec in gratiam Plini. Ficuum plura genera, forma & colore differentia. Nonnulli enim fructus sunt longiores, alii breviores, quidam pyri forma, non pauci sessiles, ac inter hos medi. Colore sibi sunt albæ, pallidae, virides, luteæ, purpureæ, subrufæ, ex coeruleo saturatè purpureæ, nigrae, aliæ denique vario spectantur colore: sunt & albæ quo ad pulpa interior. Apud Batavos ficus non reperitur, nisi apud diligentiores, qui raro plus quam unum genus habent, fructum siæstas paulo calidior, fert maturum. Caricarum sive ixadæ siccatarum ficuum tria solent adserri genera: primum in sportis magnisq; coribibus, secundum in ciftis, & similibus sportis lauri foliis immixtis; tertium in magnis & turbinatis coribibus, & sparto contextis. Massiliensem cognomento, ceteris quidem magnitudine inferiores, saporis vero generositate superiores. Olim porro servabantur in capillis, arcis, ac cadis, ut refert Plinius libr. 15. cap. 19. Honos laudatas servat (aptius legeretur, ut recte monet Pintianus, mos laudatas servat) in capsulis Ebuso insula prestantissimas, amplissimæque, mox in Marrucinis. At ubi copia abundant, implentur oræ (vetus arce) in Asia, cadi autem in Ruspina Africæ urbe, panisque simul & obsonii vicem siccatae implent. Nunc quæ de singulis ficorum generibus tradant veteres videamus. Præcoce Græci ἀρχέμενος vocant. Plinius lib. 6. cap. 26. Ficus & præcoce habet, quas Athenæus prodromos vocant. Harum mentionem facit Theophrastus in libris de causis. Athenæus libr. 3. πάντα δὲ ταῦτα φύγουσαν καλούμενων σύκων οἱ αὐτοὶ Θεοφραστοὶ μνημονεῖσι εἰς τὴν φυτικὴν αἵρεσιν. τῇ συκῇ οὐτοὶ ἀπὸ ἐπιγένεται μαλανδρῆς οὐ γέρες, καὶ θηρεὺς ἑταῖρος τῷ βλαστον ὅπῃ τῷ οἱ ταῦτα φύγει ταῦτα τὸ καρπόν. Idem Theophrast. libr. 3. de causis plantarum ad hunc modum scribit: Ficus, humidus aëris & clemens cum fuerit, elicetur germinatio, & ea de causa ἀρχέμενος præcox, præcursor fucus. In his nota, μημενικὸν σμαρτησι Athænei; Nam quæ citat ex Theophrasto solum leguntur libr. 5. de caus. plantar. cap. 1. Dicebant etiam πεποικαὶ ut apud Athenæus lib. 3. habetur. Σέλιδον δὲ τὸ γλώσσαις πεποικαῖν φυτὸν καλεῖσθαι, γέρες τοις, νῆσοι φίγει ταῦτα τὸ καρπόν. Seleucus in glossis fucus speciem quandam vocari πεποικαῖν, ait, id est primarium (malo, primum maturam). Primaria eminentiam quandam præ le fert, quia præcoce fructum pariat ante ceteras. Ex Eustathio probatur scribendum πεποικαῖν per αἱ μέραι. Dictum enim, inquit, πεποικαῖν εἰς τὸ πεποικαῖν facta syncope & subscriptio!. Alii tamen malunt scribere πεποικαῖν per οἱ μικροὶ; quoniam nimirum, πεποικαῖν τῇ πεποικαῖν, ut præcoce vites, quæ ante tempus confuetum maturant fructus suos. Series Alphabetæ Hesych. scribendum docet πεποικαῖν per αἱ μέραι. Hesych. πεποικαῖν τίδος τῇ συκῇ πεποικαῖν καὶ πεποικαῖν πόστον καλεῖται, ita hunc locū exscripsit Phavorinus. In Hesychii codice legitur πεποικαῖν τῇ habetur. Apud Geponikā auctorem mentio fit præcociis fucus quam θυριδικὸν vocat, libr. 10. cap. 51. Φλωρεῖν δὲ τοῖς γεωργοῖς αἴτοις, πεποικαῖν καὶ θυριδικὸν λέγεται γενεσις συγκρ. τῇ θυριδικῇ αἴτοις τῇ πεποικαῖν θυριδικὸν θυριδικόν. Florentinus in Georgicis suis præcocom & Theriacam fucus fieri ait, fructu ex Theriaca antidoto illito. Differentia videtur inter prodromon, protericen & theriacam, quod prodromos dicatur de biferis, (quod non valde alienum est à mente Theophrasti,) proterice, de præcoci quæ natura præcox. Theriaca quæ arte maturitatem cito consequitur. Cur citius hæc quam illa maturescat fucus, docet Theophrastus libr. 5. de caus. cap. 1. Ex præcoquim genere biferæ sunt. Hæc primæ omnium Neapolitani maturantur, fructificantque ex annotino germine, prioris scilicet anni surculo, Martio enim prima fucus rudimenta generantur, maturanturque in Iunio cum messe, inde ex novo germine aliæ fucus producuntur, Augusto & Septembri maturantes cum vindemia, ita ut ex annotino & novello fructificet germine fucus. De biferis hæc Plinius. Sunt præterea eadem serotinae & præcoce, biferæ alba & nigra, cum messe vindemiaque maturantes. Ex biferarum genere Laconica & leucomphalia idest umbilicalba videtur. Laconicæ meminuit Theophrast. lib. 2. cap. ult. hist. ἐπὶ τῷ αὐτῷ τῶν δένδρων η φύσις τὰ περὶ τὸ ἀποβάλλει τὸ ἡστατὸν εἰς τὸ καλούμενον Λακωνικὸν ἄλας. Item natura ipsarum arborum refert, præcoce enim

amittunt, serotinae haudquaquam amittunt ut Laconica & aliae quædam. Utriusque λόγον μεταφαλιον & λακωνικὸν mentio nem facit lib. 5. de cauf. cap. primo πάλιν ἐπὶ τῷ περιθρόμενῳ φίσεντον οὐτοὶ ἡτοι λακωνικὴ καὶ λόγον μεταφαλιον, καὶ οὐτε τοις τοις. Item quædam præcoce gigunt, seu Laconica & leucomphalia, aliæque multæ, aliae vero non ferunt. Vulgo vertunt, quædam præcoce gigunt, seu Laconica & leucomphalia, que quam minime. Quæ versio virum summum decepit, qui magno studio Theophrastum & Plinius conciliare conatur, cum inter eos contradicunt nullæ. Plinius lib. 16. cap. 26. Ficus & præcoce habet, quas Athenæus prodromos vocant, In Laconico genere maxima sunt. Apud Aristophanem de Laconica fucus hi versus habentur, Λακωνικὸν inquit Athenæus lib. 3. Τὸ σύκην μηδέποτε εἰς τὸ χωρεῖσιν Ἀριστοφάνης ταῦτα λίγα.

Συκᾶς φυτόνω πάντα τολμεῖ λακωνικῆς,  
Τοῦτο γάρ το σύκην ἐχθρόν εῖσι καὶ τυραννικήν,  
Οὐ γάρ λοῦ ἀν μικρὸν εἰ μὴ μισθόμον λοῦ σφόδρα.

Michegry διεῖται οὐδὲ τὸ μὴ μικρὸν εἶναι τὸ φυτόν. Laconicæ fucus meminit Aristophanes in Agricolis his verbis.

Omnis sero fucus, procul Laconica! Sit, hæc mihi est invisa quod tyrannica,  
Non esset illa parva ni plebem oderit. †

Lacedemoniorum hostilem annimum erga Athenien ses ostendit Poeta, ac eorum dominatus crudelitatem, & summi popularis abolebendi potestatistudium.

† Vel, nisi plebi odioſa foret ea fucus, id est, dominandi ratio.

Ficum scilicet eam pusillam vocat Poëta, quod exigua & humili planta sit. Laconicam alioquin Athenæus fructuosam inquit & utilem. Καὶ τοις το γενομον εἰκαστον τὸ γένος, επι το το μετανοον αἱ καλεσματικοὶ, καὶ φορμικοὶ, καὶ διφορμοὶ καὶ Μαγνησιαὶ, καὶ Λακωνικαὶ συμφέρουσι ταῖς ἔχοντοι υδρεσ, Horum enim generum cuique sua est utilitas, maximè vero coluris & phormynis. Fructuose sunt & imprimis utiles, biferæ, Laconicæ Megaricæ, si rigentur. De lenicomphalia plura quæ dicam non occurunt, nisi forte sit λακωνικαὶ cuius lib. 3. meminuit Athenæus, pro qua voce Casaubon λακωνικαὶ φυτα, albo pulla, scribendum existimat, ita ut fucus hæc esset colore pullo ad album accedens. Plinius inter præcoce numerat Tiburtinam, de qua nihil quod dicam ha-beo. De porphyritide hæc scribit. Primo autem provenit porphyritis longissimo pediculo. Hanc Italus fico molengano vocat. Est enim ex præcoibus colore inter nigrum & ruffum, vel instar lapidis porphyritidis purpurascente. Sequitur apud Plinius. Comitatur eam ē minimis & vi-lissimis popularis dicta. Hanc Baptista Porta Neapolitanus ab Italis, sicum miglioriam vocari tradit, nomenque illud accepisse, quod grano sit miliaceo intus frequenti; hæc dum manditur, sub dentibus crepitat, corpore est exiguo, sapore vili. hujus corium adhæret palato, & manibus, adeo firmiter, ut vix avelli queat; nihil boni habet, nisi quod præceps sit. Et hæc sunt fucus genera, quæ præcoce à veteribus dicta. Sequuntur chelidoniae, de his primum ago, quod earum carica ad nos adserri solent. Harum mentio fit apud Athenæus libr. 3. χελιδονιαὶ εἰς τοις μηδημονεῖσι Ἐπιγένεις εἰς το γενεταῖς καλεῖσθαι μετὰ διλέρων συλλεγον ἀρδός πινακον. Chelidoniam fucus meminit Epigenes in Branchia (raucedinofo) deinde paulo post advenit chelidonis, fucus onusta confertim quadra. Chelidonias five hirundinariae dicuntur, propter aliquæ coloris similitudinem. Sunt enim ut Athenæus libr. 14. scribit, ἐνθερμιανες χελιδονιαὶ τὰς ιερομελαιναὶς ισχύοις. Chelidonias autem vocari ē nigro rubescentes Colu-mella in Hortulo.

Purpureæque chelidonie, pingueque mariscæ.

Harum etiam apud Dioscoridem lib. 5. cap. 41. fit mentio, ubi nigras esse ait. ισχάδες ἐπιθετονται εἰς χελιδονιαὶ καλούμεναι, καὶ φονικαι μελαναι εἰς εισι, &c. Sumuntur in hunc usum carica nigra, que chelidonie puniceæ seu purpureæ appellantur. Hoc genus fici quia optime servari & exsiccati potest, solet ισχάδες nomine nuncupari. Hesychius χελιδονιος, εἰς ισχάδες. Scribendum. χελιδον. Pollux lib. 6. cap. II. ισχάδες χελιδονοι εἰς Αττικαι, εἰς χελιδονιαὶ καλούμεναι. Nostrates blaume ισχάδες vocant. Hoc genus in campestribus & planis seri jubet Athenæus. εἰς οὐρανον φυτόν τοις ισχάδες. Plinius loco citato hyberno tempore maturari ait. Contra novissima sub hyeme maturatur chelidonias. Hæc Italus fico asprina vocatur Aspera enim corio & sapore est, & asperrima contra hyemis sevitudinem. Hyeme maturescit, multo tempore post florium casum. Duplex genus habetur, alterum ē coeruleo, cum nonnulla rubedine nigrum, alterum vero album. Doctiores dubitant, utrum male apud Macrobium Ha-rundinaria,

ſundinaria, pro hirundinaria ſcriptum fit, quod hirundinaria ſive chelidoniae non ibi fiat mentio; fed non fit veriſimile tam nobile fici genus nō describi à Macrobio. Italus autem harundineam ſicū aliud genus putat, de quo mox. Quæ Callistruthia vocatur, & callistruthis, ut apud Colimellam in Hortulo, Latinis paſſaria dicitur. Nam ſperveris passer. Spartanus in Albino: quingentas ficus paſſarias, quas Græci callistruthias vocant, jejunum comedisse dicit. De hoc ficus genere haec Athenaeus. τὸν δὲ εὐτὸν καλλιθήνην περιδιπούσιον καλλιθέων σύκων, εἰ δὲ Λυγχεῖν ἐπίστρετο αὐτῷ ἡμέρα, ἀναπτερεῖς ἀνταγράψεις πολὺ τὸ μέσον τονιστὰς τοιούτους εγκλίζεις καὶ πάντα τὰ σύγκριτα ταῦτα εἰς τὴν περιοχὴν τοιούτην γενιδρόπεδα. At quas in pulchra Roma callistruthias nominant, ſi quemadmodum ego, Lynceus guſtaſſet, beſtia ejusdem nominis longe fuifit perſpicacior, in bujus contentionis judicio, adeo ficus illæ antecellunt omnes, quæ in universo orbe terrarum generantur. Quare mirum videri non debet, quod Spartanus referat, Clodium quingentes ficus paſſarias jejunum comedisse. Ex hiſce conſtare ſatis arbitror, Plini codicem eſſe corruptum. Vulgata lectio habet, & callistruthie parum ſapore preſtantiores, ſicorum omnium frigidissima. Lege cum doctiſſ. Dalecampio, callistruthie haud parum ſapore preſtantiores. Lydiis ſcicet & calchidicis. ſemine, ut ait Columella, ſunt roſeo.

*Et callistruthis roseo que semine ridet.*

Italis *Digitelle* dicitur, præstantissimo inter cæteras  
sapore, roseo semine ridentes hiant, oblongo pediculo,  
unde nomen *digitelle*. Chias *ficus* maxime impere laudatas  
fuisse scribit Athenæus, *ἰναρίτης δὲ καὶ ἀλλα σύκων γένον κατέ-*  
*στέον Ρόμπιον ψινούμενον, πάπει πελούμενον κία, Εἰ τὰ Λιβύαια, ἐπὶ δὲ νερὶ*  
*χαλκιδίκῃ ὑπεραζύθρα, καὶ τὰ Αφεντικά δὲ Εἰ Ήρεδός οἱ Λι-*  
*κιών μαρτυροῦν τὸ καθεῖται σύκων συγχειματικόν. In pretio sunt &*  
*alia *ficum* generā *Roma nascentium*, nempe *Chia*, *Livia-**

*Chia seni similis Baccho, quam Setia misit.  
Ipsa merum secum portat, & ipsa salem.*

**Idem alibi.**

*Nam mihi quæ novit pungere Chia sapit.*

Quæ de Chalcidica veteres tradunt, jam retulimus, nec de ea plus est quod dicā, nisi quod apud Macrobiū non Chalcidica, sed Calcida legatur, dicatque Chiam & Calcidam albam nigramq; reperiri. *Calcida alba nigra*, *Chia alba nigra*. sed non dubium quin Macrobiī codex corruptus sit, Scribo *Chalcidia alba nigra*, &c. vel *Chalcitis alba nigra*, ex Columellā. Lybianam sicut, Athenaeus inter eas quæ Romæ nascentur laudat. Doctiss. vir dubitat, utrum *Λειχία* an *Λειχία* scribendum sit; utramque inquit laudat Plinius. Sunt & auctōrum nomina iis *Liviae*, *Pompeiae*; siccandis hæc sole in annuos usus aptissima, cum mariscis, & quas arundinum foliis macula variat. Hæc corruptissima. Apud Macrobiū Pompeiana & Liviana legitur, quomodo etiam apud Columellam habetur lib. 5. cap. 9. Serendæ autem sunt præcipue *Livianæ*, *Africanae*, &c. Corrigendus ergo Plinius codex ex Athenæo, non Athenæi ex Plinio. Scribe, Sunt & auctōrum nomina iis *Livianæ*, *Pompeianæ*. Siccandæ hæc sole, in annuos usus aptissimæ, cum mariscis, &c. Sed potest etiam Plinii vulgata lectio *Livia*, servari, Nam apud Columellam in hortulo reperio,

*At gravis arcturi sub sydere parturit arbos  
Livia, Chalcitis, & Caunis æmula Chiis.*

De Lybica, quam video viros doctos confundere cum  
Liviana, hæc tradit Plinius. Nam de Africanis, quas mul-  
ti præferunt cunctis, magna quæstio est. Cum id genus in  
Africanam nuper transferit, patriæ nomen obtinent. Meliori  
sensu in Salmanticensi codice, ut Pintianus monet, legitur,  
patriæ nomen obtinens. Quæstio hic moveri debet, utrum

Africana & Libyca eadem fucus? Hæc res prima fronte nullam videtur habere difficultatem. Geographorum enim unanimi consensu constat Libyam & Africam eandem terræ partem. Columella tamen lib. 5. cap. 9. diversam facit Libycam & Africanam ficum. Serentes sunt autem præcipue Livianæ, Africanae, Chalcidicae, Salcae, Lydiae, callistrutbie, topie, Rhodiae, Libyæ, hyberna omnes etiam bisferæ & triferae flosculi. Sic in omnibus, quos vidi, codicibus, habetur. An dicemus, alteram vocem esse glos- satoris, ac è margine in textum irrepsisse? An vero dice- mus, Africanae fucus genera plura habuisse veteres. Certè à Porta Neapolitanus fucus Libycæ & Africanae, distinguit ac quidem inter præcoce hæc de Africana tradit. Tot generum, inquit, præstantissimum est, quod vulgo sico gentile dicimus, quasi nobilitate cetera antecedat, tamque vilia, rusticaque cum cominime conferenda, principemque locum omnium sibi vendicat; albedine est decora, sapere insigni, pinguedine, suavitate, jucunditate, ac dulcedine, cum bias- cit candidissima demonstrat viscera, videturque ex hoc fru- du nostra Campania felix. Sicut si ficazzane vocant, vel Africanae, & adhuc pristinum Africana nomen retinent, ac animus inclinat has esse dicere Africanas fucus Carthaginis excidio celebratas, &c. Libyam autem pagina sequenti inter serotinas numerat; ac ait, Libyanam Athenaeus è Rome nascientibus laudatissimam dicit. Idem ait, Columella & Libyam vocat, in hortulo etiam Scissa Libyssa simul. Hæc à Perta. Nobis valde probabile, alterutram vocem spuriam, & glosatoris esse, ac ex margine in textum irrepsisse. Male idem à Porta Libianam Athenæi Libyam Columelle existimat. Afriaca non alia fucus quam Livia, vel Liviana; nec apud Athenæum per in secunda scribitur syllaba, sed i. Indagandum, cur scissam Libyssam dixerit Columella. An quia finditur & scinditur in arbo- re? Hoc de Africana videtur tradere Neapolitanus, cum ait, cum hiascit candidissima demonstrat viscera. An vero scissam ait Libyssam, quod arundine & digitis in duas scindebatur partes, ac ita exsiccabatur. Veteres enim, ut docet Columella, hoc modo findebant, ac sicabant fucus. Columella libr. 12. cap. 15. Alii pinguisissimam quanque viridem fucorum eligunt, & arundine, vel digitis divisam dilatant, atque ita in sole arescere patiuntur, quas deinde bene siccatas meridianis temporibus, cum calore solis bene emollitæ sunt, colligunt, & ut est mos Afris atque Hispanis, inter se compositas comprimunt, in figuram stellarum, flosculorumque, vel in formam panis religentes: tum rursus in sole aspissant, & ita in vasis recondunt. Ad hunc modum fortassis respexit Columella, cum scissam inquit Libyssam. Movet Aristoteles quæstionē sect. 22. probl. 7. cur carica bipartitæ, non autem undique fissæ, ac omnino infissa dulcissimæ. *Διὰ τὸν ιχθὺαν γλυκύτερα αἱ δίχα ιχθυομέναι, οὐτε οἱ αἱ πλευραὶ οὐτε αἱ αγκαῖ. ἡ θάλασσα μὲν τὸν πολυχεῖδας Διηγόμενα καὶ ιχθυούς μὲν τὸν ιχθὺαν τὸν πλευρικόν·* εἰς τὸν μεσοκυάλινον, πολὺ ρύθματος ισι, *Διὰ τὸ μὲν ιχθυούς αἱ οἱ ιχθυομέναι μέρε. μη εἰς πολλὰ οἱ αἱ μεσοφορια- μέναι εἰς τὸν πολυχεῖδαν.* An quod ex multifidis ex- piravit, evaporavitque cum humore pars dulcedinis plu- rimæ; in iis autem quæ fissæ coierint humoris diluti- copia est, quod nihil ferè inde extractum fuerit? At quæ fissæ quidem, sed tamen fissura multiplici sunt, immunes utroque isto sunt incommodo. Quaritur, utrum scissa fu- cus ab Horatio duplex vocetur lib. 2. sat. 2?

*At nux ornabat mensas, cum duplice ficu.*

Vegetius libr. artis veterinariae primo. Additae novem  
duplices ficas. Idem alio loco. *ficus duplice viginti*, ru-  
ta *fasciculum*. Meminit & duplicis ficus Plinius lib. 20.  
cap. 6. *Diocles hydropicis cum centaureo aut fico duplo ait*  
*evacuandam alvum*. Multorum sententia est, duplēcē  
esse ficum, quam mariscam vocant, & hanc quidem esse  
Horatianorum verborum mentem, secundam mensam  
bellarii vilioribus fuisse explicatam; Cum eo loco potius  
agere videatur Poëta de bellariis fructibusq; ruris præ-  
stantioribus. Sic enim ait,

*Ac mihi cum longum post tempus venerat hospes,  
Sive operum vacuo gratas conviva per imbreem  
Vicinus; bene erat, non piscibus urbe petitis,  
Sed pullo atque hædo; tum pensilis uva secundas  
Et nux ornabat mensas, cum duplice fici,  
Post hoc ludus erat culpa potare magistra.*

Marisca, ut suo loco dicam, vilis; contra duplex pre-  
stans. Horatii sententia est, ruri non reperiri laudiores illos  
ac pretiosos cibos, attamen fructus urbanis illis delicis  
non cedere. Cibus qui prima mensa apponebatur, non  
erat tam splendidus, delicatus, magnificus, ac in urbibus

regumque palatiis haberri solet, sed secunda mensa, quæ ex horariis constabat fructibus, regiæ, urbanæque mensæ non erat inferior; quanquam minus pretiosa foret, id est, non haberet bellaria multis ac pretiosis aromatis aliisque rebus præparata. Marifica fucus dicitur, quæ major est & mascula. Sic Scorticum nominamus fortum majus, meretricem magnam; sic Mariscum, virum vocamus majorem. Hinc mariscus juncus pro labore, idem qui & musculus, Syriscus, Paniscus, Pan & Syrus major. Græcis βασιλεὺς dicitur. Hesychius βασιλεὺς τὸ μύρινα σῦρος. Has fucus Senecio libenter comedebat, ideoque etiam grandis nomen accepit. Fici hoc genus Macrobius Asinini vocare videtur, vel, ut in aliis codicibus, asinastrum. Asinina poma appellamus, quæ majora & vilia. De marifica fico hæc tradunt veteres. Plinius loco citato; *Ficus maricas in loco crasso aut apero serito, in loco autem crassiore aut stercorato Africanas & Herculanas, Saguntinas, Hybernas, Tellanas, atras pediculo longo.* Hæc Cato cap. 8. diverso refert ordine. *Ficus, inquit, maricas in loco cretose aut apero serito: Africanas & Herculanas, Saguntinas, Hybernas, telanas, atras pediculo longo, eas in loco crasso aut stercorato serito.* Plin. lib. 16. cap. 27. Est vero & in ipsis arboribus etiam onustis peculiaris differentia. Summa sui parte fertilior est arbutus, querus inferiore, juglandes, fici, maricas. Omnes quo magis senescunt, hoc maturius ferunt, & in apicis locis, nec pingui terra. Habet hæc Plinius, partim ex Theophrasti libr. 1. cap. 23. partim ex Varrone. Apud quem libr. 1. de re rust. cap. 6. repertur. *Quedam in montanis prolixiora nascentur ac firmiora propter frigus, ut abietes ac sappini. Hic, quod epidiora, populi ac salices: sursum fertiliora, ut arbutus ac querus, deorsum: ut nuces Græcae ac maricas fici.* Nux Græca, ut suo loco monstravimus, non alia arbor quam amygdalus. Plinius tamen juglandem deorsum fertiliorē ait, quod falsum est. Delendum etiam comma apud Plinium ac legendum, juglandes fici maricas. Nam fucus fructificat in ramis superioribus, id est, summa sui parte fertilior est. Maricas excipit Varro. Apta hæc ad siccandum, ut idem Plin. lib. 15. cap. 18. scribit. Locus iste ut legi debeat, jam dixi, alia rāmen Itali sententia. Maricas pingues scribit Columella.

Purpureaque Chelidonia, pingueque maricas.

Quæ nimia etiam pinguedine rumpuntur, ac dum maturescunt, semina ostendunt, saporeque sunt insipido.

Martialis.

Infanti melimela dato, satuasque maricas.

Idem.

Non boletis biare, non maricas ridere.

De maricas hæc Italus. *Nos hanc Neapolis fico pallaria dicimus, vel si nāvis, fico lardare. Sapere insipido, magnitudine stolidæ, ac multa pinguedine, ut laridi nomen sibi vendicavit: soles passa ad servandum aprior, quam viridis ad escam.* Græcis βασιλεὺς Festo & Macrobo auctoribus. Nam Græci amplis rebus βούς syllabam præponunt. Subdit Plinius, & quas arundinum foliis macula variat. Ego potius legerem sine coniunctione, & sed maricas fucus subjungem, quas arundinum foliis macula variat. Nam hujusmodi ficorum fructus colore sunt similes arundinum foliis; vel, si mavis separatam esse ficum, apud nos est fico stella vulgo dicta, à pediculo ad umbilicum striis, veluti teniolis, depicta, ut stella videatur. striæ albæ sunt, corporis color arundinum folii. Apud nos ob picturæ præstantiam potius, quam ob saporem seritur. Macrobius hanc vel illam arundineam vocat. Cauneas fucus Parmeno Byzantinus laudat. Athenæus libr. 3. παράνων διβαζάνως τοῖς ιαύεσσι τὸ δέδο Καύνων τῆς Αἰολίκης πόλεως ἀλφοργεὶ εἰπαντα φοῖσι.

<sup>3</sup> Ηλιζεν μακρῷν θάλασσαν σὸν ἄγων σῶκα  
Καύνεα Φόρτου.

"Ον δὲ τὸ τὸ δέδο Καύνων τῆς Καρθιας ιππιντει κονός. Parmeno Byzantinus in Iambis, è Cauno quod oppidum Aeolicum est, laudans, ut excellentes, ait:

Per longa maris spatia ego accessi, nec tamen ficum  
Caunearum fascem (φόρτον) bajulonus, fici olim, ut dixi,  
serabantur in capsis, orcis cadis, uti nunc in spor-  
tis junceis ) adveni.

Cauneas è Caria fucus celebrari per vulgatum est. Cauneam etiam in Hortulo laudat Columella; & Caunis a mulia Chiis. De hac Plin. lib. 15. cap. 19. Integrum locum adscribam: est enim corruptissimus. At ubi copia abundat, implentur orce in Asia, cadi autem in Ruspina Africæ urbe, pamsque simul & obsonii vicem siccatae implent: utpote cum Cato cibaria ruris operariis justa ceu lege sancti, minui jubeat perfici maturitatem. Cum recenti fico salitis vice casei vesci, nuper excogitatum est. Ex hoc generare sunt, ut diximus, cottane, & carica, quæque conscedenti navim adversus Parthos omen fecere M. Crasso, venales prædicantis voce Cauneae. Omnia hæc in Albenferus è Syria intulit L. Vitellius, qui postea censor fuit, cum legatus in ea provincia esset, novissimis Tiberii Caesaris temporibus. Non unum in his verbis mendum. Minui, inquit, jubeat perfici maturitatem. In antiquo codice perfici, lege, perfici maturitatem. Sequitur, cum recenti fico salitis vice casei vesci, nuper excogitatum est. In antiquo legitur, jubet perfici maturitatem: cum & obsonii vicem habeant recentes fucus. salis siccatis, & casei loco vesci nuper excogitatum est. In aliis legitur, sale siccatis & casei loco, &c. Alii habent maturitatem, cum obsonii vice recenti fico (aliis vice casei) vesci nuper excogitatum. In Toletano codice, ut monet Pintianus, legitur. Cum recenti fico, salis vice caseo vesci nuper excogitatum est. Quam lectio probat Salmasius. Caseo velci cum recenti fico salis vice dicit excogitatum, ut scilicet fucus recens vice salis esset, cum caseo comesa. Sanè aliquid salis habere ficum, & salsum succum facere, tradunt veteres medici apud Athenæum. Χυμὸς οὐδὲ αὐλαὶ ἀναδίδωσι, διὸ τὸ μὴ παραδίδοντα τὸ σύριγμα, αὐλαὶ περιγράψαι τὸ ποιητὴν δὲ τοὺς οὐ τοὺς ιχνητὰς, αὐλαὶ περιγράψαι τὸ ποιητὴν δὲ τοὺς ιχνητὰς. Salsum quidem succum à fisis procreari, & in corpus induci nos indicavimus, quoniam, ut demonstratum est, nitrosa sunt. Verum salis ille vel acer evadit, ob ea quæ interveniunt. Majorem difficultatem sequentia verba habere videntur; Ex hoc genere sunt ut diximus cottane & caricae, quæque conscedenti navim adversus Parthos omen fecere M. Crasso, venales prædicantis voce Cauneae. Caricas facit certum ficorum genus, ut Cottana cum carica non sit fici genus, sed siccata fucus. Apud Ciceronem libr. 2. de divinatione, ubi idem de M. Crasso refert, Caunea carica legitur, quod carica generale nomen sit, de omnibus ficis siccatis. Verba Ciceronis sunt; Cum Marcus Crassus exercitum Brundusii imponeret, quidam in portu caricas Cauno adveatas vendens, Cauneas clamiebat. Caricae Cauneæ sunt Καύναι ιχνεῖς. Malè ergo Cauneas à Caricis distinguit Plinius. Corruptus codex, quod viros maximos nondum animadvertisse miror. Scribe, Ex hoc genere sunt, ut diximus Cottona, & Caria, que conscedenti navim adversus Parthos omen fecere Marco Crasso, venales prædicantis voce Cauneae. Athenæus, ὃν δὲ καὶ τὸ δέδο Καύνων τῆς ιαύεσσι εἰπαντα φοῖσι. Cauneas è Caria fucus celebrari, per vulgatum est. Ficus ergo hæc à regione Cariae, & ab urbe Cauneæ nuncupabantur. Caunum cariae oppidum maritimū, è regione Rhodi, non procul ab ostio Calbis fluvii, aestate & autumno ad habitandum grave, ob calorem & pomorum copiam, docet lib. 14. Strabo. Hæc faciunt ut hæream, utrum Cicero scriperit, Carias Cauno adveatas vendens; an vero, ut editum est, caricas Cauno adveatas. Idem mendum in aliis Plinii locis repertur, uti lib. 15. cap. 28. ubi de succorum differentiis agit, Quædam in Ægypto, placent, cute, ut caria. (scribæ Cariae) Detrabitur hæc fisis virentibus ut putamen, eadem in siccis maxime placet. Ut dactyli carne placent, crusta Thebaicæ, succo uvæ & caryotæ; ita cute Carias (non caricas, ut editi codices habent) in Ægypto placere ait: hanc cutem solere detrahi fisis virentibus, in siccis maximè gratam haberi. Non separat ficus siccas à caricis. Nec n. fuit tam stupidus ac in Latina lingua rudis, ut ignoraret, quod Græci ιαύεσσι vocant, id Romanis caricam denotare. Sed, ut dixi, codex corruptus. Idem mendum repertur lib. 11. cap. 5. Syria præter hanc peculiares habet arbores: in nucum generis pistacia nota: in ficorum autem Carias (non caricas, ut in editis est) & minoris generis que Cottana vocant; Item pruna in Damasco monte nata. Sed quid illa verba; Omen fecere Marco Crasso, venales prædicantis voce Cauneae? Hoc vult Plinius; puerum vel bajulum quendam, cum Marcus Crassus navim consenderet, inclamasse, quis vult emere Cauneas fucus; hac verò voce monuisse Crassum, caveret ne iret adversus Parthos, negotium enim infeliciter successurum. Cauneas enim idem, ac si dixisset, cave ne eas. Romani enim olim, ut aruncare, pro verruncare, dortium pro divertium dixerunt, sic & Cauneas, pro cave ne eas. Cauneas hæc in ebuso insulæ optimæ nasciebantur, & perfectæ, maturæ, ut Statius refert.

Quidquid

*Quidquid nobile Ponticis nucetis  
Facundis cadit, aut jugis Idumes,  
Quod ramis pia germinat Damascus,  
Et quas percoquit Ebosea Cannas.*

Ita hos versus legit doctiss. Salmasius. Ebuso Insula, quæ, ut idem Salmasi sicut, aliis Ebusus. Præstantissimæ & amplissimæ Romam adportabantur. Plin. lib. 15. cap. 19. *Siccas bonos laudatas (supra dixi scribendum, mos laudatas) servat in capsis, Ebuso insula præstantissimas, amplissimasque mox, in Marmurcinis. Est & aliud genus ficus cui albiceratæ nomen, quod, ut Columella canit, ex albo cerino sit colore.*

*Albaque qua servat flavæ cognomina ceræ.*

Ab Italico fico ottana vocatur: maturescens colore albo flavescens insignitur, ut, si eam perspexeris, ceream dicas. Hæc ficus, id habet proprium, quod præ cæteris prodromos ostendat hyeme, qui cum biferis Junio maturantur, ut bifera dici possit. Albula Macrobii quod albescenti colore prædicta sit, nomen accepit; ab Athenæo λαβερινὸς dicitur. Falluntur qui erinei speciem existimant, fructus quippe fert maturos, qui fiscari possunt. λαβερινὸς δὲ πέλεις ιτι συκῆς, Εἰως αὐτὴν ἡ πέλεια συκῆ φίσχουται, μημονεῖται δὲ αὐτῆς "Ερμιππος" εἰδέσθαι σύτως.

*Tὰς λαβερινῶς δὲ χωρὶς ισχαδας.*

*Leucerineos ficus species est, illa fortassis cuius albus est fructus, hujus sic meminit Hermippus in Lambis.*

*Seorsim vero è leucerineo caricas.*

Baptista Porta pristino adhuc nomine potiri scribit, & bianchettam vel biancholettam vocari, ait & ex albo palefere, mitescere Augusto tradit. De oporobafilica, sycobafilica, ac regia hæc Athenæus. ὁποροβασιλικὸς τοντός, quovis loco oporobafilica nascentur. Φιλίμων δὲ εἰν Αθηναῖς λίγεσσι καλεῖθαι φυτον πάντα συκῆ βασιλεῖα, αφ' ἣν καλέονται, καὶ πάντας ισχαδας, ταῦτα δὲ πάντας οὐ καλεῖται τὰ πέποντα συκῆ. Philemon in Atticis vocabulis quasdam ficus regias vocari tradit, & ab illis regias caricas nominatas fuisse. Huic idem narrationi addidit maturas ficus vocari colytra. Hesychius, βασιλεῖα γένος ισχαδας. Inter ficorum genera numerat συκῆσιδεια; verum cum nullas addat notas, utrum idem genus an diversum, quis affirmabit? Dalecampius à Monpeßulanis regias vocari scribit ficus. Neapolitanus fico Imperiale dictas refert, aitque extima superficie esse albas, Augusto maturefcere, sapore, specie, & magnitudine singulari, adeo ut rectè regias nomen acceperint. Athenæus Hermippum κορεῖα συκῆ, id est, conturnicinas ficus commandare scribit; κορεῖα, δὲ συκῆ εἶδος "Ερμιππος" εἰδέσθαι στρωτίας καρδιδωτος μὲν τούτων.

*"Η τῶν φιβαλέων, μάλιστ' αὐν, η τῶν κεραμέων.*

*Hermippus in militibus coraceas ficus, earum quandam speciem vocat, his verbis, phibalearum potissimum, aut coturnicum. Hæc corvina etiam dicitur, quod coturnicis corvique instar nigra sit. Suidas, κορώνεις οὐ φιβαλεως (lege φιβαλεως) ήτι δὲ εἶδος συκῆς. παύτω δὲ οὐ προφίσαις ισχαδας καὶ τὸ γένος. Coronae, id est, corvina, sive phibaleos species ficus, hanc & coracium, id est, coturnicum, quod fructus ejus coturnicis est colore nigro. Hesychius, κορεῖα (ita scribendum, non tantum Phavorini docet auctoritas, sed ipsa series alphabeticæ in editis Ald. & Bas. κορεῖα) αἱματίου καὶ συκῆς εἶδος. Antiquum etiam hodie nomen obtinet, Italico ab insigni nigredine fico corbo dicitur, mense Augusto maturescit. Hujus ischias sive carica à barbaris κυρτη tanquam olla dicitur, quod nigra instar ollæ sit; à fuligine enim & fumo olla nigra. Athen. lib. 14.*

*Οὐκ ισχαδας οἴσεις τῶν μελαινῶν; μαντίνεις  
Ἐν της Μαργαρινοῖς σκέναις Βαρβάροις  
Χύτεις καλοῦσι τὰς μελαινὰς ισχαδας.*

*Nigras caricas nonne mibi affers? intellexisti?  
Apud Maryandunos illos Barbaros  
Σύρεις vocantur nigrae caricae.*

A Macrobio & à Poëta pulla ficus dicitur.

*Suanque pulla ficus ornat arborem.*

Phibalea ficus, inter præstantes recensetur ab Athenæo, & state vero hanc vescendam ait. πάντα δὲ καλομενῶν

φιβαλέων σύκων πολλοὶ μὲν μεντετα τὰς καμαρεπτιῶν· αἵτις δὲ φιβαλέων εἰς κεαπιτάπλαιος.

*\*Ω δαιμόνεις πύρετε μηδεν φροντίσας,  
Καὶ τῶν φιβαλέων τρῷας σύκων τοῦ θέρους,  
Καμπυταλάριθρος καίθευδε τὰς μεσημέριας,  
Καὶ τα σφακέλιζε, καὶ πέπησο καὶ βία,*

Τηλεκλειδίς δὲ εἰς αὐτούντος, οἷς καλοὶ εἰ φιβαλίαι. Εἰ τὰς μηρίας δὲ φιβαλέων λέγεται, οἷς Αντιφάνης καὶ Κροτ.

*πεώπια δὲ  
Τῶν μυρόμινῶν Πέπι τὰς τρέπεται βούλοι, αἵς  
Διαματαριμένοις ὅπερι τη βουλδέν δέη.  
Τασδὲ φιβαλέως πάντα καλὰ τε φανωτείδας.*

*Phibalearum ficuum meminere Comici multi, quin & Phœnix rebrates in cratapallis (κραταπαλλοι, ut scribit Dalecampius, pisciculi sunt minuti, Pollux libr. 9. nummi genus quod-dam ait, Hesychius pisciculos sic vocari quosdam tradit: de voce hac non labore, nihil facit ad præsens institutum.)*

*Febricita ο miser, nulla de re sollicitus;  
Et nunc per cestatem phibaleas ficus comedē,  
Illisque satur meridiator,  
Deinde sphacelum expectato, ardeto, vociferator.*

*Teleclides in Amphictionibus, quam pulchræ ficus phibaleæ. myrrbinas etiam Phibaleas dicunt, ut Antiphanes in Cretensisibus,*

*Omnium vero primum  
Adest mensæ volo myrrbinas, quas  
Si quid erit consultandum ego mandam,  
Et illas quidam phibaleas, speciosas, coronarias.*

Meminit & harum ficuum Hippocrates. Galenus in lex. φιβαλεως εἶδος συκῆς. Hesych. φιβαλεως εἶδος συκῶν, καὶ οὐκοῦ ὀμωνύμως πάντας ισχαδας. Phibalea ficuum species, ipso saque ficus arbor, nonnulli caricas exponunt. Nempe ita Aristoph. commentator, καὶ φιβαλεως, εἶδος δὲ συκῆς, επιτήδεος εἰς ξενοποιοις ισχαδας. Phibalis & Atticæ regionis oppidum. Athenæus ficum hanc, ut supra notavimus, in planis & campestribus seri vult. De Alexandria ficu hæc Plinius. Nam & Alexandrina εἰς nigris est, candicante rima, cognomine delicata. Ab Italo albifera vocatur, quod nigro corio sit, & cum hier, albet, saporis nimium delicati, apud plerosque præstantissima, ut idem tradit, habetur. Fortassis eadem est, quam Cato & Macrobius atram scribunt, pediculo longo. Hæc crasso & stercorato solo seri experti. Nigra ea & oblongo pediculo est, & præ cæteris humidis crassisque locis seri avert. Lydia à Varrone inter transmarina numeratur, laudatur à Columella in hortulo.

*Et piæ quoque Lydia tergo.*

Plinius purpureas, inquit his similes, si non eædem. In Pharo insula, ut apud Athenæum habetur, nascentur, & ab Incolis αἱματία συκῆ dicuntur. τῶν δὲ εἰς Πάρον τὴν οὔπορον (Ἀριστοφ. γῆ κατατεῦσα μίττης συκῆ, παγλούμερα καὶ τὴν Πατεῖον Αιματία, τεῦχον δὲ τοὺς Λυδούς τηλεμάνους, αἵτις Άρις η ιουντρίδης, καὶ τῆς αἴσθητος τεύχης ιτυχε) Αρχίσογε μηρμούδες λέγονται.

*\*Ἐπα Πάρον καὶ σύκα πεῖνα καὶ θαλάσσιον  
Βίον.*

Τα δὲ σύκα πεῖνα ποσεῖται ἵκε τῶν τε θυμαγαλίων, τεῖς τὰ πολλαχοῦ γινόμενα, οἷς τὸ τοῦ αὐγέτου σύρις κρέας τὰ αλλαγα, τὰ μὲν τῶν αὐγέτων κοίρων κρέα. In insula Pharo eximiae lignuntur ficus, hemionias incole nominant, congenères Lydiæ, quas ob rubrum colorem (Lydiæ Plinius purpureas inquit; sed datur purpurea, quæ rubra dici solet, quod ad rubedinem vergat) eodem quoque nomine vocant. Earum sic meminit Archilochus.

*Pharon missam facito, & ficus illas, & marinam  
Vitam, id est, αἴσθιας navigationes.*

Hæ certè ficus tantum à: Vulgaribus discrepant, quantum apri caro ab altili porci & villatici carne. Hæc à Neapolitanis vocatur fico pente: nigra est, vel, si mavis, sanguineo colore infecta, maturescentib. finditur putamen, adeo ut affabré piæ videatur. Hinc Columella, Piæ quoq; Lydia tergo.

*tergo.* Phrygiam quandam sicutum fuisse refert Athenaeus, *'Αλεξίς οἱ ὁ Οἰνθής, Φρυγίαν σύκαν τίμησεν φυσι. τὸν θεοφάγον μετραῖον εἶδε κατέβησε ποχάτη, Φρυγίας οὐρανού συκῆς. Alexis in Olymbo cum Phrygiae fucus mentionem facit, ait, divinus cibus, à matre dat & mihi delicia, carica, fucus Phrygiae munus. Habuerunt etiam veteres toxaliam dicum. Τοξαλίων (inquit Athenaeus) οἱ σύκαν αὔτοις καλουμένων μημονόσει Ηρακλίων ὁ Εφιστός, καὶ Νικανθός ὁ Θουτεύρων, καὶ ποτέ θύμων Ἀποκοδώνον τὸ Καρπίου ὃν δέσμωτός τε οὐρανός εἴμασται λιόντος τοῦ θεοῦ,*

Πλάκω τὸ σινάρελον πάνυ  
Ἡν ὅξὺ καὶ ποτηρὸν, οἵσις ἐχηνόμειο.  
Τὰς λασίτες μέρη γάρ τοξαλίους χωρία  
Συκᾶς φέρει. τούμπεν οἵσις καὶ τὰς ἀμπίλους.

Toxalarum sicutum meminerunt Heracleon Ephesius, & Nicander Theateirinus citatis versibus, ex fabula Apollodori Carystii, cuius est titulus. quæ gratis se profiuit vestaria, vel, ut alii, mendica vestaria.

Ceterum villum admodum fuit  
Et acidum & improbum, adeo ut me puderet,  
Aliæ quidem regiones toxalidas ferunt  
Ficus, mea vero etiam vites.

Ex his Apollodori versibus satis apparet, sicutum hanc palato admodum ingratam, ac inacmenam fuisse. Dicta toxala fucus, quod sagittæ instar palatum vulneraret. Sic crucium vinum dicitur, quod ingratum bibentibus, ut crux. Sunt & serotinæ, ut Plinius ait, fucus: Serotine, inquit, & à corio appellatæ duro. Sunt qui non serotinæ, sed serotine legendum afferunt, à scroto, quod pellem & cornuum significat. Hermolaus vulgata placet lectio, sensumque ait, serotinas esse fucus, quæ à corio duro duricoriae vocantur. Easdem & Macrobius & Plautus duricorias appellant.

Ficus nobis attulit duricorias.

Hæ etiam codoneæ vocantur ab Athenæo. Vulgo legitur καδωνία quod corruptum; apud Euystathium καδωνία. Scribendum καδωνία, vel καδωνία, quod ex serie lexici Hesychiani probatur. καδωνία, σύκα καμπελάνη, καὶ καρύνα εἰδῶ Περσικῶν. Athenaeus loco citato, τὸ οἷον καμπελάνη συκαὶ Πάμφιλος καλεῖσθαι φυτὸν καδωνίαν (vel καδωνία) τοῦ Ἀχαΐας, τῷ το λέων Αρετοφάνω εἰρηνικῷ ή λακωνικῷ γλωσσᾷ. Pamphylius hybernus fucus ab Achivis codoneas vocari ait, idque scriptū ab Aristophane in Laconicis glossis. Neapolitanis cotinoraroide vocant, Serotinæ sunt, & duro vestiuntur corio, quod Itali cotina vocant. Nigra, inquit Plinius, & Rhodia est. De Rhodiis hæc apud Athenaeum reperio. τὸν ἡ τοῦ Ροδωπού συκῶν, μημονόσει Λυγκής εἰς ἑπταλάδης, σύγκελον ποιουμένῳ τῷ Αθηναῖον καλεῖσθαι τοῦ Ροδηφάνου. γεφει σὲ οὔτε, τῷ οἷον τοῦ λακωνικοῦ οὐτε συκεμένη συγιγιάδεσσι εἰργειν (debet verbum ἀποκαλούσιν), aut simile, ut monet Caſaubonus. Sensus est, si fucus Rhodiæ erinea nomine, iis comparentur, quæ Athenis Laconicæ dicuntur, tam impar fore certamen, quam si fucus contendantur sycomina, id est mora. Si cui aliter interpretandum videtur, non ero pertinax: modo intelligatur similis aliqua comparatio) καὶ ταῦτα σὺν λόγῳ δεῖ ποιοῦν, καθαύτῳ ικεῖ διεργατικός ήδη άργος τὸν πολυπολιούς τῆς γένουτος, οὐδὲ αἰτιον τῆς ἐπιδημίας οὔτε, τοῦ διπονού τοῦ πολυπολιούς, καὶ τοῦ πολυπολιούς τῆς γένουτος. Rhodiiorum meminit Lycens in epistolis, ea comparans quæ proveniunt Athenis præstantissima cum Rhodiaci. Eius hæc est oratio: Athenienis erinea certare de bonitate sic videtur cum Laconicis Rhodiaci, ut mora Sycomora cum fucus. Id ego, non cœnatus, ut Athenenis sit, perverso jam gustu ob satietatem, sed ante cœnam, cum appetencia intacia, & nondum occupara est, comparatione facta perspexi. Cottanæ fucus, quæ vulgo cottana, male, ut mox dicam, vocatur, mentionem facit

Martialis.

Hæc tibi quæ torta venerunt condita meta,  
Si majora forent, cottana fucus erat.

Juvenal. Satyra tertia.

— Quo pruna & cottana vento.

Statius. Prunorum globus atque cottanorum. Apud hos omnes cottana legitur, cum cottana scribendum. Plinius libr. 13. cap. quinto, ubi de Syria agit arboribus; In ficerum autem Caricas, & minores ejus generis que

rosaceo colore. Domesticæ mali punicea flori similis est. Pri-  
mo notandum, hanc florū diversitatem non esse in for-  
ma, sed colore: deinde, quod apud Oribasium, αὐτὸν πο-  
τέον legatur πορφυροῦ. Quæ lectio alterius antiqui codi-  
cis auctoritate confirmatur, in quo inverso ordine εοδη-  
γούν η πορφυροῦ scriptum est. Ad nos quotidianè purpureo  
eleganti colore, etiam roseo & candido balauſtia adfe-  
runtur. Domesticæ mali punicea fructus, ut idem cap.  
151. libr. I. tradit, vel dulcis, vel acidus, vel vinosus.  
πότεν οὐδὲ τὸ γλυκεῖσι σύμμαχόποιον, stomacho minus u-  
tilia vel inimica. Prior certe lectio non rejicienda. Hæc  
Plinius fulcit auctoritate, qui libr. 23. cap. 6. ait; Ex  
his dulcia quæ apyrena alio nomine appellavimus, stomacho  
inutilia habentur, inflations pariunt. Quæ inflatio-  
nes pariunt, ea stomacho non valde amica esse solent;  
quod de dulci punico scribit Dioscorides, θρασταν πο-  
τεύον ποτόν τοι τὸ γλυκεῖσι σύμμαχόποιον, circa stomachum ca-  
lorem aliquantulum gignunt, inflationsque pariunt. De  
acidis hæc apud Dioſcoridē habentur. οὐδὲ οὐσία καστρι-  
τούμαχον βούτη, οὐδὲ τὸ σαλπιντόν, η έρητικατόν, οὐδὲ τὸ ηγ-  
γαντικόν. acida vero astuanti stomacho auxiliantur, magisque  
contrabunt, ac felicius urinam cident, sed ori ingrata  
sunt, & adstringendi vi prædicta. Codex corruptus, &  
male quidam vertunt αἴπερνοι, gingivias qui laudent. An-  
tiquus codex etiam Caracur. habet, οὐδὲ οὐσία συντικήν.  
ori gratum & adstringens. In aliis codicibus σύμμαχ-  
ίδες η συλλική habentur. Utra lectio præfet, dubito. Aci-  
da stomacho utilia, astuanti quippe stomacho auxiliantur,  
debilem confortant. Acida ori non ingrata, nisi  
forte iis qui nil nisi dulcia amant, & insipida. Eo no-  
mine codex præferendum in quo οὐδὲ οὐσία legitur, quod  
ad vulgatam lectionem proximè accedit. Η οὐδὲ οὐσία  
ποτόν ιχνούς δύναμιν, vinosa medias vires obtinent. Nicander  
quoq; tria genera punicorum in Alexipharmacis tradit,  
vinolum, Promenium & Eginense.

Ερύκει: δι' αὐλοπει καρπὸν ἀλις Φοινάδεα σίδης  
Χερσίδος, οινωπῆς π., καὶ λίγης τεραμέτρους ἐπιστος,  
Σωθὶς εἰς αἰρυνῆτην, ούσαι τὰ σκληρέα καρφοῦ,  
Φοίνι αεραχνήεντη Διαφερόσουσι καλύπτηρη.

Punici crebro, cui Creta est patria, mali.  
Formosum poterit potu eger sumere fructum,  
Oenopessque, & quod promeneum nomine dicunt  
Quodque Aegina tulit, tenui quæcunque rubentes  
Ac duras cute habent, mollique putamine crudas.

Scholiafetes. οινωπῆς, εἴδος ἡ οινάδος, καὶ τεραμέτρους οὐδὲ  
εἴδος ποιᾶς, φίναται δὲ αὐτὴν δέοντα πινόν Περγάμου Κρητοῦ: καὶ τὴν  
αἰρυνῆτην, καὶ οὖτα τὴν ὄπληρην καρφοῦ τὴν λίπην τοὺς Φλοιούς. Ex Ni-  
candri versibus colligere licet, eos errare, qui βόσιν Punicamque dictam hanc arborem volunt, à Carthaginē;  
cum Creta, ut Nicander canit, ei patria sit. Vinosum  
quale Punicum satis constat; sed quodnam τεραμέτρος,  
quodnam αἰρυνῆτης? An promeneum dulce, æginetis aci-  
dum? Apud Hesychium τεραμέτρος οὐκαντις. Recte fecisset,  
si quodnam esset Punici genus memoriae prodiisset. An  
Nicander licentia Poëtica τεραμέτρος pro τεραμέτρος dixit?  
an verò contra Hesychii codex corruptus? Apud Phavori-  
num, qui plura ex Hesychio mutuatus est, τεραμέτρος le-  
gitur. Verisimile ergo, Nicandrum licentia poëtica τε-  
ραμέτρος scripsisse. Promeneion, ut Nicandri scholiafetes do-  
cet, nomen habet à Promeno quodam Cretensi; ægine-  
tes ab Aigina urbe. Suidas, Αἴγινα πόλις, οὐ αἰρυνῆτη ράνη. καὶ  
αἰρυνῆτης, οὐδὲ τῆς αἰρυνῆτης. Venio ad Plinium. Hic libr. 23.  
cap. 5. novem, ait esse punici mali genera. Punici mali  
novem genera, nunc iterare supervacuum. Sed quæ hæc  
novem genera? Ea recensere videtur libr. 13. cap. 19.  
Divisit & in genera, apyrinon vocando, cui lignosus nu-  
cleus abest, sed candidior ei natura (ita legendum supra  
dixi) & blandiores sunt acini, minusque amaris distincti  
membranis. Alia structura eorū, ut in favis, communis. Nu-  
cleos habentium quinque species, dulcia, acris, mista, acida,  
vinosa. Samia & Ægyptia, distinguuntur erythrocotis &  
leucocotis. Hæc diligentius examinanda. Inter species  
nucleos habentium, dulcia numerat, cum dulcia apyrena,  
id est nucleo carentia. Idem Plin. libr. 23. cap. 6.  
Ex his dulcia, quæ apyrena (ita scribe, non apyrina) alio  
nomine appellavi. Dicendum pro Plinio, dulce esse puni-  
cum, quod apyrenon est, sed inter nucleos habentia, five  
τεραμέτρος itidem reperi dulce genus. Ergo duo Punica  
dulcia, apyrenon & sclerococcon. Acre punicum ha-  
stenus non vidi. Galenus austeri facit mentionem; Inaq  
θρόνος αὐτῶν οὐδεῖν, τηνὶς δὲ γλυκύτατα, τηνὶς δὲ αὐτονομούσαι, &c.  
Sunt enim inter ea quædā acida, quædam plus dulcia quam  
austera. Quæ Galenus plus dulcia quam austera vocat,  
ea vinosa sunt. Sed austерum genus reperitur, acre non  
datur. An ergo alterum pro altero posuit? Hoc profe-  
cto non insolens Plinio. Mistum quoque genus ait.  
Arqui mistum, ut ex Dioscoride colligere licet, ipsum vi-  
nolum est. η δὲ οινώδης μέτρον ἔχει διάβασιν. Ex uno scilicet ge-  
nere duo conflavit Plinius, quod & alibi observavimus.  
Samia, inquit, & Ægyptia distinguuntur erycomis & leu-  
cocotis. Hermolaus pro leucocotis legit glaucocotis, id-  
que, quia apud Theophrastum lib. 2. hist. cap. 3. in Aldi-  
no & Bafileenſi codice legitur, ηδὲ εὐθὺς πολὺς νόσος τὸν  
γλαυκωτὸν (vulgo γλυκτὸν, quæ lectio præstat) αἰρυνῆτην. Locus  
hic parum pro Hermolao facit, quod eo loco de granis  
interioribus agit Theophr. cum apud Plinium de fronde  
sermo sit. Nam non vocatur glaucocome vel leucocome  
à grano, sed fronde comaque alba, aut glauca. Sed forte  
scripsit Plinius, Samia & Ægyptia distinguuntur eryco-  
mis & leucocotis. Iam locus Theophrasti juvaret, scriben-  
dumque glaucocotis probari posset. Sed, ut dixi, vulgata  
lectio Theophrasti verior. Malus punica humilis & haud  
magna arbor, vel potius frutex est, magnitudine, corti-  
ce, ligni duritia, radicibus euonymo, quæ & anonymous  
vocatur, non dissimilis. Ramulos promit tenues, ex-  
quis, paucis, oblongis, ac subrectis aculeis, spinosos. Fo-  
lia parva sunt, longitudine sextantem, latitudine vero di-  
gitum raro excedentia, oleæ aut myrti æmula, nitidi vi-  
roris, pediculis annexa rubentibus, rubrisque intercur-  
santibus venulis prædicta, graviter cum fetore aliquo o-  
dorata, atque canum halitum, feliumque urinæ graveo-  
lentiam aliquo modo referentia. Calyx qualis jam de-  
scripti, oblongus, calathi modo patulus, ore stellatum  
dissectus, è quo floris folia emergunt tenuia, colore coc-  
cineo, agrestis papaveris æmula cum granulis quibusdam  
mediis capillamentis appensis, ut in rosa. Florum capita,

hoc est fructuum rudimenta, quæ à Theophrasto cytini  
vocantur, quandoque decidunt. Plurimis enim fructibus,  
onusta arbor, alimentum omnibus præbere nequit ( alia  
etiam causa à Theophrasto datur, quam suo loco exami-  
nabo.) sed firmioribus & validioribus tantum, imbecil-

## Malus Granata.



liores autem prærepto à validioribus succo orbati, à pe-  
diculo resoluti cadunt, qui magnam medicis, propter  
adstringendi facultatem, præstare possunt utilitatem.  
Qui in arbore manent, pugni magnitudine adolescant,  
fiuntque poma globosa, brevi pediculo ramis annexa,  
umbilico in summo lato, amplio, ac dolii plerumq; instar  
concavo ac profundo. Coriacea membrana teguntur du-  
ra, subscabra, foris in obscura purpura subruffa, intus  
flavescente, substantia, gustu, denigrandi facultate gallis  
non dissimili. Intus continentur oblongi, confracti acini,  
tenui carne, vinosa succo & officio constantes. Grana  
hæc intercursantibus flavis, tenuisque membranis, ad  
favorum aliquam similitudinem disposita, miroq; naturæ  
artificio distincta. Differunt inter se acini colore ac sapo-  
re. Nonnulli enim rufi, alii in purpura sunt candicantes,  
quidam etiam candicant tantum: sapore nonnulli dulces,  
alii acidi, quidam vinosi, five potius mixti. Nam omnib.  
vinosus & præcipue suavitatis sapor. Semina acinis singu-  
la carthamo figura & colore satis similia, minora tamen,  
foris ligneo cortice tecta, intus nucleo prædicta. Reperi-  
tur etiam, ut observavit doctiss. Valerius Cordus, singu-  
lare quoddam hujus mali genus, nullum in acinis semen  
continens; quale tantum semel vidi, illud fortasse quod  
ἀντίπλων Græci vocarunt. Quanquam verisimilius illud  
genus dici possit, quod semen habet molle & tenerum. li-  
gni five stipitis materies flava est, cortice cinereo vestita.  
Sylvestris punica, domesticæ ac cultæ per omnia similis,  
asperior tamen, spinisque incultior; florem quoq; fert, sed  
qui nullo succedente fructu perit, exiguo calyce, planō  
tamen, & aperto, atq; in quatuor aut quinq; partes dis-  
fecto exit, dens frequentibusque foliis stipatus, colore  
ut plurimum rutilo, ac inter sanguineum roseumque me-  
dio aspectu jucundissimo, nonnunquā candido spectatur  
colore; aliquando mixtus videtur ex rutilo & albo. Qui  
rubentis coloris est, majorem in medicina usum habet,  
multitudine etiā foliorum differt; quippe tam multiplici  
cernitur quandoq; folio, colore saturato, ut rosam men-  
titat centifoliam. Reperitur flore pleno minore, foliis  
atro virentibus, calice craiore, flore minore, tristio-  
re, saturata purpura punicante, à priore differt. Ba-  
lanitia elige densis, rutilis, roseoque colore con-  
ferta, sanguineo decore aquam inter maceyanum co-  
quendumque tingenta, gusto vehementer adstrin-  
gentia. Quæ pallidiora fuerit è medicina excludenda.

Sativæ

Sativa punica malus, provenit in calidis meridiem versus regionibus, veluti in Gallia Narbonensi, Balearibus insulis, Italia, Hispania, ac præcipue in regno nunc appellato Granatæ, quod a frequentia malorum punicarum (quæ vulgo granatæ) nomen accepisse creditur. Gignitur autem paucim etiam sine cultura; ea tamen addita melius proficit. In vinetis enim, viridariis, hortis, aliisque perinde exultis læterior ac vegetior conspicitur. Sylvestris in Africa nascitur, in Syria circa Alepum, ac in ea Hispaniæ parte, quæ Herculeo freto vicina est, ac Granata vocatur. Apud nos in hortis quandoque visitur; sed magno studio, curaque coli debet, & adversus hyemem valde muniri; nec florē nec fructū ob aëris frigiditatem apud nos profert. In Anglicano horto regio Westmestri quotannis floret, sed fructus sequitur nullus. Aci- ni terræ si mandantur, feliciter satis proveniunt; verum nisi hyemali tempore quam diligentissime adversus frigus muniāntur, facilimè pereunt. Mirandum ergo scribere Theophrastum, quod in Ponto punica etiam locum vicinum opacans ranorum luxuria reperiatur. Sed forte ea Ponti pars Batavia calidior, vel solum punicis aptius. Sic laurus quotannis in Zelandia florēt, cum nec in Flandria, regione calidiore, nec Batavia, Zelandiæ vicina, florēt, ac in eadem adversus hyemem muriri debeat; quod etiam in Flandria fieri audeo, cum in Zelandia aëri etiam frigidissimo committatur.

*Apia* &c. &c. Inter fructus horarios non ultimum locum obtinet pyrus. Antequam pyri aggrediar historiam, exponendum, qui fructus horarii sive *oīgōis* vocentur, quod saepius de talibus fructibus fiat mentio. *Oīgōis* fructus describit Galenus lib. 2. de aliment. facult. cap. secundo, ubi ait, ὅπερ οὐτος ὄντας ἀντίτιον τῆς καρπῆς, τὸ μησοῦντα τὴν δικαιολογίαν συμβαίνει. Χρόνος δὲ ἐστιν οὗτος ἡμίσεων πετασάρχεντος. Τοῦτο οὖτε τὸ ζεῖν απότιτος εἰσὶν οὐδεὶς καλύπτος καρποῖς, πινες μὲν ἡδὺ τὸ δικαιολογοῦσσες, ἔποις δὲ ἀρχομένοις, πινες δὲ αἰραντούστες, η μὲν τὸν ακαρπόν, η τοπερ απότιτος. ὁριστος δὲ ἡ αὐλίς ὄντας ἀντίτιον τούτου, οὐ μόνον τοῦτο τὸ εἰρηνίσιον γέγονον τοῦτο γένεται, αλλὰ τοις οὔτες, διεργάζεται βουλόμενοι τῷτο τὸ θερινόν επιπλέον, id est, ὥρα, anni Graecis id tempus appellant, in cuius medio caniculam exoriri contingit. Tempus autem id dierum est quadraginta, quo tempore omnes *oīgōis* horarii, quos vocant, fructus constant: nonnulli jam declinantes, alii incipientes, alii in suo vigore, aut ultra vigorem, aut citra consistentes, Vocant autem ipsos *oīgōis* horarios, non quod id temporis solum sint; sed (ut mea fert opinio) quo ipsos ab iis qui ad reponendum sunt idonei, distinguant. Recte *oīgōis* nonnulli fugaces vocant fructus, quod non diu durare possint, vel per integrum annum servari, ut triticum, hordeum, pīsum, aliaque frumenta, leguminaque, de quibus Galenus præcedenti egit libro. Contra horarii sive fugaces sunt, mala, pyra, pepones, cucumeres, aliique fructus qui per totum annum haberri nequeunt, postquam perfectè maturi fuerint. Inter fugaces recte numerantur pyra; quippe brevi temporis spatio gratiam, quam habent, amittunt, putrescent & pereunt. Quod autem pyri unum aut alterum, aut ad summum tertium genus reperiatur, quod ad ver durare possit, nihil impedit, quo minus inter *oīgōis*, horarios, fugaces fructus pyra numerari debeant, Galenus enim eos tantum eximit fructus, qui quovis anni tempore, ac hora, haberri possint; ut legumina, & frumenta omnia. Pyrus Latinus arbor, fructus pyrum dicitur. Graecis arbor fructusque *ἀπίος* vocatur; peculiariter tamen fructum, *ἀπίος* vocant, ut Latini hoc pyrum. Vocis *ἀπίος* tria etyma habemus apud Phavorinum *ἄπιος* ή ὄχη καλουμένη γενίσθ, ὅπι τετότος τὸ *Ἀπία* γέγενε, η τὸ θρή τὸ τετράποδον φύεται, η τρίτη τὸ ποιητικὸν χυλοῦ αἴτης. Apios generaliter ὄχη appellatur. nomen impositum, vel quod in Apia regione primum nata pyrus, vel quod in locis sterculosis aridisque proveniat, vel propter succi ipsius qualitatem. Prius etymon probat Theocriti Scholiafest, ad finem eydyl: primi. *ἀπίος* δὲ ὅπι τετράποδον πελοποννήσου δημοσία φύεται, η ἑξέτη *ἀπία*. pyra, apios vocant, quod primum in Peloponneso, que Apia dicitur, videtur nata. Eandem hanc opinionem defendit Stephanus, qui de urbibus dictionarium posterioris reliquit. Φησι δὲ καὶ μὲν *ἀρχαῖδες* τὰς τὸ αὐτὴν τὴν χώραν (*ἀπία*) γεροπότας *ἀπίας* (scribe *ἀπίος*) δὲν τεοὶ μὲν ταῦτα τοῦτο ἔγειται λεπτήν. Ister pyrastrum in Apia regione nascentem *ἀπίος* ab eadem, ab exterioribus dici ait. Contrarium tamen verum esse idem Ister apud Athenaeum libr. 14. docet. Peloponnesum scilicet, Apiam dictam, quod pyri plures in ea regione reperiantur. *Ἀπίος* ἵππη αὐτῶν ή πελοποννήσου *Ἀπία* ειδότην. Άλλο δὲ ἴππαρχοντας in αὐτῇ τὸ φύεται, Φησιν *Ισέρης* in ταῖς Αργολίδων. De pyris ταῖς *ἀπίοις* agam deinceps, quandoquidem ab illis Peloponnesum Apiam cognominarunt, quoniam ut scribit Ister in Argolicis, in ea regione frequentissima est illa

planta. Et hæc quæ super prius etymon dicenda sunt; illud tantum addo, postremam sententiam videri probabilem. Alterum etymon ἀργεῖς τοῖος, quod locis fitientibus nascatur. Hoc mirabitur quispiam, quippe omnis pyrus locis frigidis & lœtis gaudet. Cassianus Bassus libr. 10. cap. 23. τὸν γένος ἡ απότιλα (M S. απότιλα) φυχεῖσι τῇ οὐδεγίᾳ (M S. eodem sensu οὐδεγίᾳ) τῇ σύζητοι καὶ περικαθίσιοι. Palladius in Februario tit. 15. Plantas pyrorum mense Februario locis frigidis ponemus, calidis vero Novembri: sed mense Novembri pyra locis tepidis conserenda, ut solo juventur irriguo; ita & florem pluvium proferent, & magnitudinem pomis turgentis acquirent, nascitamen tali solo maximè diligunt, quale vinetis diximus conventre, sed lœto solo & validas arbores, & fructus plurimos consequemur. Unde ergo nomen impositum? Phavorinus ait, quod siccis gaudeat. An a contrario? Non ea viri doctissimi opinio. Movit illum, quod vox ἄπιος idem sonat ac μὴ τοῖος. Tò a enim in compositionibus privationem denotat. ἄπιος ergo quasi μὴ τοῖος, non pingue. Loca non pingua, sicca & fitientia; pingua enim non tam humorem, simumque desiderant, quam sicca & arenosa. Hinc pyrum ἄπιος vocatam tradit, quod ἀργεῖς gaudeat. Etymon illud ingeniosum quidē fatemur, sed verū negamus. Tertium est, τῷ τοῦ ποιῶντος ξελος αἵτης, propter succus ipsius qualitatem. Quæ illa qualitas? Quod minime sit pinguis. Puto scribendum, πόνησα. Eustathius enim pyrum ἄπιος appellari scribit, quasi μὴ τοῦ πόνησα. Quod pingui carreat succo. Certe Theophr. pyrum aquoso succo prædictum lib. 1. cap. 19. hifst. tradit. ἄπιος ἡ ιδεῖσις οἷος αἴτητος, αἴτιος, μηδίας. Nullo pingui succo prædictum pyrum extra controversiam. Verisimile ergo ἄπιος dictam pyrū, quod pinguedine careat. Cæterum ἄπιος, quandoque pyramistrum, non domesticam significare cap. 4. hujus libri, cum de medica malo esset sermo, probavi. Significat præterea herbam quam Theophr. libr. 9. describit cap. 10. vide commentaria. Latinus pyrus dicitur, quod fructus ad pyramidis similitudinem è lato in acutum spectet, & in mucronem turbinetur. Supra lib. 2. cap. 7. notavimus pyrum domesticam à Poëtis ὔξιλον vocari, propriè tamen significare sylvestrem. Eodem etiam loco quæ differentia sit inter ἄρχειδα & ὔξιλον demonstravimus. Diximus præterea ἄρχειδα proprie pyrum esse sylvestrem. Caput illud aдеat lector, videat annotata, supervacuum equidē censio, quæ ibi dicta repete. Hic tantum notamus, quandoque scribi ὔξιλον cum γ' ut apud Homerum, quandoq; fine γ' ὔξιλον, ut apud Theophrastum loco citato. Priorem lectionem Helychii probat alphabetæ series, ὔξιλον αἱ ἄπιοι. ὔξιλον, etymon idem Phavorinus tradit. ὔξιλα, κυάιοις αἱ αἰχλαδεῖς, ὔξιλον δὲν τοιαντα τοῖος αἴγλους ἄπιοις. γνωται δὲ τὸ ἄρχειον, ἄρχαντο γάρ τοις οἱ ἄρχειοι καρποί. Διὰ τὸ ἄρχαντοφον. ὔξιλα proprie pyramistrum, vel ex pyramistro pyrus nata. nomen à suffocando accepit, fructus enim acerbitate sua penè suffocant homines. ἄρχειος deducitur ab a privativa, & λεῖα usus, quod fructus hujus usus nullus esse solet, nec inter alimenta numerari, aut usum habere, nisi extrema urgente necessitate. In Græcia hoc ἄρχειο non ἄρχειδες pyri sylvestres vocantur, sed ἄρχαδες, ut scribit Bellonius, quod ante sæculum unum alterumq; nomen habuerunt. Theocriti enim Scholiaſt. eidyl. primo scribit. ὔξιλος, ἄπιος, & ἄρχειδας, ἄρχαδες. ἄρχαδες μῆρα ἀρχεῖα τοῖος οἰονι ἵψουσιν ὔξιλαδες μῆρας οὔσους. Achlades vocantur, quod dum manduntur, strepitum quandam aut molestiam faciunt, ac sint quasi moleſtia quadam. Pyri sylvestris quædam genera esse tradit Dioscorides, sed quæ ea sint, & quomodo vocentur, non tradit. Urbana pyrus magnam in fructu diversitatem habet, multa quippe genera, immo infinita in Europa inveniuntur. Differunt enim magnitudine, colore, odore, sapore, forma, tempore. Alia quippe tempestive, alia sero matura, alia subito pereunt, alia ad tempus servari possunt; nomina à primis inventoribus, regionibus, aliisque notis invenerunt; quæ sigillatim explicari non possunt, cum quælibet regio sua habeat, & quælibet urbs peculiaria nomina ipsis tribuat. De pyrorum generibus hæc Plinius libr. & cap. 15. Eadem causa in pyris taxatur superba cognomine. Parva hæc, sed oxyſſima. Antiquus codex habet, Eadem causa in pyris taxatur: superba cognomine: parva hæc; sed oxyſſima. Scribe, Eadem causa in pyris taxantur, superba cognomine. Pyrum hoc Columella libr. 5. cap. 10. superbum vocat. Ex quo constat, lectionem antiqui codicis meliore esse quam vulgariter. Duo pyrorum genera, parva admodum, & cito admodum matura. Unum Galli poires muscadelles vocant: rarū apud nos: nam non puto in tota Batavia regionibus que circumjacentib. tres reperiri arbores. Bura hoc anno 1625. à Confuse quodam, cuius nomen excidit, cura

hæc accepimus; promisit arbusculam. Moschum odore referunt, sapore delicato, inter dulcem & acidum medio, adeoque parva sunt, ut pollicis articuli magnitudinē non superent; sed succulenta, ori nariibusque grata. Hoc genus non puto describi à Plinio; nihil enim habent, quo taxari possint, quam quod parva sint. Alterum genus apud Belgas familiare satis, modder-peet vocant; Parvum hoc, & cum pyro jam descripto maturum, nihil boni habet, nisi quod sit præcox, & in eo superbiat, quod omnium pyrorum, præter jam dictum, primum sit, ac gaudet eo nomine possessor; oxyfime cadit, (quod alterum genus non facit) diutius si in arbore manferit, farine modo mandando fratur. Doctiss. viri superbum Plini putant præcox esse Catonis; quorum sententiam probare nequeo; quod Columella, superbum & præcox, tanquam diversa numerat. Cunctis, inquit Plinius, gratissima Crustumina. Nomen acceperunt à Crustumio, Italæ oppido, ubi optima & copiosa erant. Hec, ut Servius ait, ex parte rubent. Eorundem mentionem facit Virgil. 3. Georg.

Nec surculus idem.

— Crustumis.

Crustumia Celsus fragilia ait. Ex pomis, inquit, cerasum, morum, sorbum, pyrum fragile, quale crustumium vel nævianum. Dalecampius à Gallis poire perle vocari tradit. Neapolitanus pere giacciole di Roma vocari tradit. Roma, inquit, ad nos primitus exportata fuere, ibique è Thuscia. Tenera sunt succosa, dulcia, alba (unde perle credo nomen) ex parte rubentia. A Belgis Sunt Jacobs peer vocatur. Plinius. Proxima iis falerna, à potu, quoniam vis tanta luci abundat. Lactea hæc vocantur, in iisque alia colore nigro donantur Syriae. Primum verba Plini examinabimus, dein quænam pyri genera describat, videbimus. Codex antiquus habet. proxima iis falerna à potu; quoniam tanta vis succi abundat: Lactea hæc vocantur in his: quæ alis colore nigro donant Syriae. Scribe, proxima iis falerna à potu, quoniam magna vis succi abundat. Lactea à candore, alia à colore nigro Syriae vocantur. Tria pyrorum genera describit, falernum, lacteum, Syrium. Falernum inquit nomen accepisse à potu; rationem addit, quoniam magna succi copia scatet. Salernum ergo vocatur à succo, qui instar vini falerni dulcis & gratus est. Quali humore turgent, pyra, quæ à dulcis sacchari sapore supercher-peeren appellantur. Hæc non aliud habent saporem, quam vinum optimum cui saccharum mixtum. Pyri hoc genus nemini incognitum. Nonnulli falernum pyrum existimant, quod fransche hængeweele vocamus. Horum opinionem non probo, quod pyri illud genus, quod hodie eo nomine insignitum est, non sit succulentum, nec gratum sapore: sed pro ratione locorum, urbiumque, in hac ipsa nostra patria pyrorum nomina admodum variant. Quod n. Amstelodami vocatur Heschin, id alibi vocatur supercher-peer. Facile fieri potest, ut quod vulgo supercher-peer vocant, alibi fransche hængeweele nuncupent. Sed librarium in culpa puto, virosque magnos scripsisse fransche hænel-peer. Hoc n. vino, dulci, aromatico sacco abundat. Sed lacteum hoc à Plinio vocari puto: succo enim præ ceteris est albido, & cortice ex albo virescenti vestitum. Tertium genus, inquit, à colore nigro Syriae. Hoc mirabitur quispiam, & tamen Syria pyra sunt nigra, ut recte ad hunc Virgilii versum Servius.

Crustumis Syriisque pyris, gravibusque volenis.

Vides Plinium pyri quoddam genus appellare Syrium. Recte ergo emendavimus, alia à colore Syriae vocantur. Sed Hesychio συρια pinguis crassaque toga. συρια ī μαζηναι τεναι. οτι δε της επονομη, οπινη Καππαδοκια γινεται. pinguis crassaque lana, sic dicta à syryna (indumentum est à villoso pellibus confitum) aut quod in Cappadocia fiat. Ergo à crassitate potius, aut pinguedine nomen Syrii impositum est. Respondeo, antiquissimos Græcos συρια quod nigrum est vocasse. Theocrit. eidyl.

Βομβύνα χαρέσσα, Σύριον καλέοντι τὸ πάντες  
Ισχυαν, αἰλιόναυσον.

O Bombyce venusta, omnes te Syram vocant  
Tenuem, sole adustam.

Scholia festes, συριανας οι διουδεζους πάντες, λεπτως και μείνεντος τοι ηλιου, αλισκευσον τοι τοιον ηλιον κεκαρπόντον. Syria nam omnes te vocant, quod tenuis & nigra à sole sis reddit. Αλισκευσον significat, à sole ustam. Columella Syrium pyrum ab aliis Tarentinum vocari tradit. Ea, inquit, sunt Crustumina, regia, signina, Tarentina, que Syria dicuntur,

purpurea superba. Plinius tamen Tarentinum diversum facit à Syrio. Nam inter Græca, inquit, esse Tarentina. Græca, inquit, & in iis Tarentina. Pergit. Quod nam pyri genus Syrium fuerit, ignoro. Baptista Porta genus quoddam vocari ait, pera caravelle, quod rubigo lo colore infectum ait. Sequitur apud Plinum. Reliquorum nomina aliter in aliis atque aliis locis appellantur, sed confessi urbis vocabulis autores suos nobilitavere, Decimiana, & ex eo tractum, quod pseudodecimianum vocant. Antiquus codex decumana, & ex eo tractum quod pseudodecimianum vocant. Apud Macrobius decimanum legitur, Columella lib. 12. cap. 10. decumanum vocat, ac inter ea quæ servari possunt numerat. In antiquissimo vero codice anno 1482. excuso decimiana legitur, ut in vulgaris habetur. Dolabelliana longissimi pediculi. Male in antiquo codice dolobelliana. Vulgata probat Columella. Dolabellianum, quod Engelsen brædt-peer vocamus. Pompeiana (in altero codice, Pomponiana) cognominem mammosa? A rotunditate nomen habere, & orbiculatum Macrobius, videtur esse, quod tasel-peer vocant. Lyceriana, Severiana & quæ ex iis nata sunt, Tyranniana longitudine pediculi distantia. In vetusto utroque codice Salmanticensi, licerniana & seviana. Dalecampius, quia Marcellus cap. 20. facit mentionem scaurianorum, aut illic legendum ait, severiana, aut hic scauriana. Apud Columellam, veniana habet Commelinii editio, Stephani, neviana; quo modo & in antiquo scriptum est, & lib. 5. & libr. 12. Macrobius codex nevianum vocat. Hæc omnia ostendunt, quam difficuler judicari possit, quæ si vera lectio. Pro tyranniana apud Columellam turrianum, apud Macrobius turrianum legitur. Vera scriptura videtur turrianiana, quod à Plinio citetur auctor, cui nomen Turanius Gracula, in indice libr. 3. ex auctoribus, Turanno Graccula, Cor. Nepote, T. Livio. Catone Censorio, &c. Sequitur: Favoniana rubra, paulo superbis majora. Legunt, Favoniana, rubra paulo superbis majora; ut sit rubra genus per se, quod Macrobius videtur appellare rubile. Nobis vulgata non displicet. Favoniana dicta videntur, quod favonio flante statim fermentur. Belgis tijt-peerhens / Dircligen. Lateriana, Anitiana post autumnalia acidulo sapore jucunda. Antiquus codex valde corruptus. Et quæ ex iis nata sunt, Tyranniana, post autumnalia acciduo sapore jucunda. Macrobius hoc pyri genus vocat lateritanum, Columella, lateritanum. À laterum colore nomen habere videntur. Poire prevost Gallo vocant. Anitianum Columella anitianum vocat, vel, ut in antiquo codice habetur, anitatum. Scribe anitiana. Post autumnalia acidulo sapore jucunda. Post autumnalia Belgis ijs-bante. Tiberiana appellantur, quæ maximè Tiberio principi placuere, colorantur magis sole, grandescuntque, alioquin eadem essent quæ Liceriana, longitudine pediculi distantia. Favoniana rubra, paulo superbis majora. lateriana, anitiana, prime nomina serissima omnium Ameriana, Picentina, Numantia, Alexandrina, Numidia, Græca, & in iis Tarentina. Et hoc loco corruptus antiquus codex. Tiberiana appellantur, quæ maximè Tiberio principi placuere, colorantur magis sole, grandescuntque; alioquin eadem essent quæ liceriana, longitudine pediculi distantia. Favoniana rubra, paulo superbis majora. lateriana, anitiana. Vides omnia inverso & perturbato ordine scripta esse? In utroque Salmant. Picentina minuta habetur. Amerinum putant doctissimi viri, quod S. Thomas peer Belgarum populus vocat; ego vero pyrum istud puto, quod Plinius Græcum vocat, Græculum Macrobius. Plinius ad cap. finem. In iis serotina ad hyemem usque ad matrem pendent gelu maturantia, Græca, ampullacea, laurea, sicut in malis americanæ scantiana. Pyrum, quod Sancti Thomæ vocant, Novembri demum mensé maturum est, & per totam hyemem usq; in mensē Aprilē, servari potest. Signina, quæ alii à colore testacea appellant, sicut onychina purpurea. Signinum vulgo rijt-peer vocant; à colore testa testa, ceum, à colore arundinis siccata rict-peer. Onychina (ut docet Dalecampius) Plinius purpurea interpretari videtur, quod onyx tegumentum conchilii sit; ut sit Diocorides purpuratum operculo simile. Prima onychina Columellæ cap. 10. libr. 12. sic purpurea exponunt. Ego vero, (quia alabastites lapis, onyx dictus est, unde Propertius onychem murrheum pro poculo dixit):

Et cronionares murrheus ungat onyx;

Quoniam ex alabastro pocula fierent, & Horat. onychem pro alabastro,

Nardi parvus onyx;)

Onychinum

*Onychinum*, hic *interpretor pyrum*, *alabastro colore simile*, *vulgo poire cuisse madame*: *purpureumque hic genus ab onychino diversum esse reor*, non autem *onichyni vel epitheton vel interpretationem*, *codemque modo apud Columellam onychinum exponendum arbitror*. *Hæc Dalecampius*, cuius non improbo sententiam, & quid vero impedit dicere, *onychinum dictum*, *quod unguis instar candicet?* *Ab odore myrarea, laurea, nardina.* *μυραῖος* ab odoris fragrantia, quasi unguentum redolentia. *μύγης* enim Græcis unguentum est, & persæpe moschi odorem unguentum dicunt. *Veteres μύγης*, vocabant unguentum pretiosum & aromaticum. In antiquis Macrobi codicibus pessime *marapium* legitur, & apud Columellam libr. 12. *mirapium*. *Myrapium* *pyri* genus de quo supra mentionem fecimus, ac à moschi odore *poires Moschadelles* vocari. *Parva hæc admodum sunt*, sed quina, sene pluraque uno pediculo exeunt, ita ut natura, damnum, quod in magnitudine patitur colonus, retribuat copia. *Præstantissima esse odore & sapore*, *supra dixi*. *Laureum* Plinius tarde maturescere scribit: pendet enim in arbore usque in hyemem. *Pristinum* in Italia nomen adhuc obtinet: nam ab Italib, ut Baptista Porta scribit, *per laure* vocatur. Cum enim voratur, fauces lauri odore replet, & serotinum est. *Nardinum* puto, quod vulgo *safferaen-peer* vocatur, Odorem spirat inter nardum & crocum medium: à croci enim odore nomen habet. Ad finem Septembris mensis maturefcit, magnum est, succiq; plenum. *A tempore hordearia, collo ampullacea & coriolana. Brutæ gentilitatis cucurbitina, acidula succi.* Antiquus codex; à tempore hordearia; à collo ampullacea & coriolana. *Brutæ gentilitatis cucurbitina, acidula succi.* Luxatus est verborum ordo. Scribe, à tempore hordearia; à collo ampullacea, cucurbitina (apud Macrol. cucurbitum, sed in antiquiori codice, cucurbitinum, quomodo in utroque Salmanticensi legitur.) *Gentilitatis Corialana, Brutia, acidula succi.* Pyrum hordearium *Sunt Jacobs-peer* appellamus, quod circa festum Iacobi, quando hordei messis, maturum sit; ampullaceum, quod instar ampulla tumet, quale quod *tafel-peer* vocant. Cucurbitinum ab oblonga cucurbitæ figura, lanchi-hals nominant. *Incerta nomina causa est barbaricis, Venereisque, que colorata dicitur.* Venereum *Venus-peer* vocant, Galli *acciole*. Regiis quæ minimo pediculo sessilia: *patriciis, voconiis, viridibusque oblongis.* Antiquus codex, *viridisibus oblongisque.* Regium pyru, quod *sappède* greenien à colore viridi & succo copioso dicunt, vel *bergemotten* à Bergamo, Italiæ oppido. Colore est herbido, minimo omnium pediculo, & compressæ rotunditatæ; adeò ut sessile videatur, serotinum est, sapore præstantissimo, succi pleno. Merito ergo ab antiquis regium nomen accepit. *Præterea dixit, volema Virgilius à Catone sumpta: qui & sementina & mustea nominat.* Virgilii versum supra citayi. Non ait Cato volema pyra mustea & sementina vocari, ut verba Plinii sonare videntur, & doctos accipere video; sed voleum, sementinum, mustum diversum pyri genus. Cato cap. 7. *Pyra volema, aniciana, & sementina, hæc conditiva in sapientia erunt, Tarantina, mustea, & cucurbitina.* Sensus ergo verborum Plinii, voleum nominari a Catone; eundem mustei, & sementini mentionem facere. Voleum pyrum, quod volam manus impletat *χειρῶντας*, *Dlaemische sinout-peer* Belgis. In errore versatur, qui lexicon illud condidit, in quo legitur, volema pyra, quæ à Marone secundo Gorg. celebrantur, esse *ἴσλακωνδιδας αὔτιος, cucurbitina pyra.* Omnes qui de Agricultura & plantis scripsierunt, cucurbitinum & voleum diversum pyri genus docent. Falluntur item, qui cucurbitinum à magnitudine & amplitudine dictum putant. A Forma nomen impositum. Sementinum à sementinis, ut Dalecampius docet, feriis, (utitur hoc vocabulo Varro libr. 1. de re rust. statim in initio cap. secundi. *Sementitinis* (alii *sementivis*) *feriis in eadem Telluris veneram*) quæ inclinante æstate sationis causa celebrabantur. Meminit alterius pyri generis Plinius lib. 15. cap. 11. Nec non è pyris quedam libralia appellata, amplitudinem sibi ponderis nomine afferunt. Librale pyrum Græcis *ταλαντῖον ἄπιον*, Belgis *anguisse-peer*, Gallis *poire de bon Chrestien*, omnium pyrorum maximum & gratissimum. Nomen impositum à Gallis, non solum quod in extrema suavitate librale pondus æquet, sed quod tanta teneritudine sit, ut à gustatu, vel in ipso ore statim eliquescat, & perennet, gustatumque toleret; ad Neapolim usque delatum Carolo octavo ibi res gerente, & à felici illa Campania iis dotibus adoptatum. Hyeme crudum coctumque manditur, utique esui peroptimum: ægris innoxie (ut Baptista Porta ait) præbetur; omnium postremum, nec prius, quam

hyemem experiat, indomita acerbitate mitescat. Apud Batavos rara arbor est, rarius floret, rariissime fructum fert. unum alterumque intra decem annorum spatium fructum tulit. Mufteum pyrum à celeritate mitescendi dicitur. Male in vulgatis codicibus Macrobi *mufteum* scriptum est, recte in antiquioribus *mufteum*. Apud eundem Macrobi hæc pyrorum recensentur genera, quorum apud Plinium non fit mentio; cirritum, cervifca, calculosum, lolianum, lanuinum, milesium, orbiculatum, præcianum, fullianum, titianum, rimosum, præcox, mespillum serum, sextilianum serum, valerianum serum; de quibus quod dicam scribamque habeo nihil. Redeo ad cap. Plinii citatum. *Pars hæc vita jam pridem pervenit ad culmen expertis cunctis hominibus.* Quippe cum Virgilii *insitam nucibus arbutum, malis platanum, cerasis ulmum* dicat. Nec quoquam amplius excogitari potest. Nullum certe pomum novum jam diu inventur. Neque omnia insita miseri fas est, sicut nec spinas inserti quando fulgura expiari non queunt facile: quodque genera insita fuerint, tot fulgura uno istu pronunciantur. Si Plinii ævo quicquam amplius excogitari non potuit, quid de seculo nostro dicemus, in quo infinita alia excogitata sunt. Duo pyra recentiores describunt, quorum primum, ut Dalecampius scriptum reliquit, in villa Iacobi Regii, pagi quam *Fontaines* vocant, haud procul à Luduno siti, natum est. E medio hujus corpore folium exoritur. Unde non inepte quis pyrifoliū *απίσφυτον* nominarit. Dalecampio placet pyrophyllon, quia melophyllum apud Plinium reperitur, ubi de malorum agit generibus: nobis eadem de causa *απίσφυτον* vel pyrifolium placet. Alterum genus ex pyro moro insita natum est. Fructus elegantis rubore carnis sive pulpæ interioris placet, sed paucos ferr fructus arbor; copia non exhilarat colonum, raritate tantum gaudet possessor. Aliud genus pyri sapore gratum colunt Batavi ex pyro malo inserta natum, *pomapora* barbara voce appellant. Forma malum refert, pyrum sapore, succo plenum dulci-aquo. Verba Plinii examinanda. *Insitam nucibus arbutum, malis platanum, cerasis ulmum dicat.* Apud Virgilium, unde hæc habet Plinius, *ulmis ilicibus insertam* legitur. Virg. libr. 2. Georg.

*Inseritur vero ex fætu nucis arbutus horrida,  
Et steriles platanis malos gessere valentes,  
Castaneæque fagos, ornusque incanuit albo  
Flore pyri, glandemque sues fregere sub ulmis.*

*Qui pro ilicibus scripsit cerasis, deceptus forte est illo verificulo ejusdem Maronis.*

*Pullulat ab radice aliis densissima sylva,  
Ut cerasis ulmisque.*

De alia re loco citato agit Poëta, nempe, quot modis arbores provenire possint. Misericordia labuntur, qui ex versibus primò citatis, male intellectis, scribunt, ornum esse flore pyri. Non de formis arborum sermonem habet Virgilius, sed de infitione nonnullarum in alias dissimiles, ac natura differentes, veluti mali in platanum, nucis in arbutum, pyri in ornum; atque hoc modo platanum scribit poma ferre, fagos castaneas, nucem arbuti fructum, ulmum glandem, ornum incanescere flore pyri. Plinius, nec spinas inserti, quando fulgura expiari non queant facile. Simile quid reperitur lib. & cap. 17. de moro, ubi Plinius ait. *Morus talea tantum, quoniam ramo eam serice religio fulgurum prohibet.* Rectius legetur, neque omnia insitu miseri fas est. Quod sequitur, facile; quotque genera insita fuerint, quando tot fulgura uno istu pronunciantur; (ita legi debet.) mysterium quoddam antiquitatis reconditum habet. Tria à Festo fulgurum esse genera traditur, postulare, pestiferum, peremptale. Postulare votorum aut sacrificiorum spretam religionem desiderat. Pestiferum denunciat mortem, aut exilium. Peremptale superiorum fulgurum portentorumque significatiōnem abolet aut perimit. Urbanæ pyri arbor nemini incognita, mali est magnitudine, eamque non raro superat, simplici, crassoque stipite assurgit, materies caudicis sublutea crispaque, admodum tractabilis, ad typos ex ea sculpendos fatis idonea, ramis brachiatur plurimis, qui non tam in latitudinem effunduntur, quam altum pertinent. Folia ambitu leniter circinata, orbiculata, latifolia, supernæ lævia, splendida, & satis viridia, inferne alblicantia: flores foliati, candidi; fructus magnitudine, colore, figura, specie, sapore admodum diversus; magna tamen ex parte oblongus & turbinatus, cute congettatur ut plurimum partim ex luteo virenti, interdum rubente,

non

## Pyrus.



non raro sordente; Caro omnibus alba, unum, aut ad  
fiamnum, alterum genus si exceperis. Nam quæ à cro-  
co nomen habet odore est croci, carne ex albo sublutea.  
Semen in membranaceis loculis medium occupat, foris  
nigrum, intus album. Radix in rectum, non obliquum fer-  
tur. Floret Aprili, Majoque mensibus; quæ à croco no-  
men habet, quandoque Martio floret mensie, foliaque no-  
va promit, reliqua genera Aprili Majoque. Fructus  
non uno maturatur tempore, quidam Iunio, alii Iulio, non-  
nulli Augusto, plurimi Septembri, non pauci Octobri;  
qui demum Novembri maturi primum suat non multi  
reperiuntur. Pyraster urbanam satis refert pyram, sed  
brevior est, spinasque secundum ramos habet duras ac  
pungentes, fructus eius inepitos, austeros quippe & duros  
fert. Sylvestris pirus in sylvis, circa agrorum margines,  
secusque vias, nulla adhibita cura aut cultura, reperitur.  
Urbana in hortis & viridariis colitur.

Καὶ μηλία. Ad malorum præstantiam facit, quod disputat Plutarchus, ἀλλά τι τὴν μηλίαν αὐγαστοπον ὁ Ποιητής εἶπε, Ἐμπεδοκλῆς ἡ τοιεφύλαια τὰ μῆλα. Cur malum Homerus splendidum fructum vocavit, Empedocles mala τοιεφύλαια dixerit. Hanc disputationem movet Plutarchus Sympos. libr. 5. cap. 8. ubi ait, ιππαδίων ἡμῶν ποτὲ σὸν Χαροπαῖον, καὶ τοῦτο γειτοῖς ποντοδαποῖς ὄνταςχει, ἐπέλθετο πιν τὴν κατακεκρίμενην αταφέργυζαν αὐτὸν σίχον εὑέντον, Συκαὶ τε χαλκεογελ (Turnebus, Vulcobiis, οὐ χαλκα, καὶ βολαῖ). καὶ μηλίας. Apud Homerum Odyl. 9 hic versus reperitur,

*Οχναὶς γειτοῖ, Εὐηλέαστροι λαόντες,*

Quod ostendit vel Plutarchi codicem corruptū, vel Homeri, vel Plutarchum versum hunc male citare. Plutarchi codicem corruptum, ex eo luce meridiana clarius apparet, quod apud Homerum loco citato legatur,

*Οχναι καὶ γοιαί, καὶ μηλέαι αὐγλασκόρπται,  
Συκάπτε γλυκεράς, Εἴλαιαι τηλεφύωσται.*

Ex duobus versibus unum carmen exscribentium negligentia, vel nimia scioli diligentia conflatum videtur.)  
καὶ ιπάτη τηλέσωσι. Κύπροις οὐδὲ μέλισσα ὁ Παιονίς  
ἀγλαοκρηπός εἰμιτός περιπάτην. Εἰ Τευφανὸς ἡ ἵστερος λέγει καὶ  
τίς αὐτοῦ τὸ δίνοντο εἰρῆται σύγχρονον, ὅπις μικρός δὲ κακώδης τὸν  
ἄψιν οὐτελές, καλὸν καὶ μέζαν εμφέρει τὸν καρπόν. ἀλλὰ δέ πει τοῦ,  
το καλὸν εἰς πάντας συνηγένεα (Turnebus, ειπεῖθεν) ποιῶ τούτῳ τὸ  
πλεονέρων ὄραντα πάρχον. Εἰ γὰρ τοις ψαυτοῖς κατέβατε, οὐδὲ μη  
μολύνετε, καὶ σωθεῖτε απειπομέλανον τὸν ἀπίλομφον. Εἰ τόλιον κατέβατε  
διπλαῖς, δορυφορίαθετο νησίδιον ἐπιτελέστετο. Ήδη δὲ πάπας διορθώτε  
τας αἰδηστος περιπογμούς, εἴσηγτε ἐπιπονεῖσθαι. Τόπος μόριος οὐδὲ τοῦ  
μητρὸς μετεῖσις λέγεται. Τὸν Ειποδοκλέαν — οὐ τούτοις μηλο-

*Egregii malis fructus, sicutque suaves,  
(Vel, ut apud Homerum legi diximus,  
Pyri, punica, & pulchri mali pomae,  
Eicus dulces, oleaque valde surcentes.)*

Heic quæstum fuit, cur malum Poëta peculiariter, dignatus fuisset hoc nomine, ut præstantem fructu diceret. Id Trypho Medicus ajebat factum comparatione fructus cum arbore, quem parva admodum & vils aspectu fuit pulchritum atque magnum. Alius quidam dicebat, in solo hoc arborico fructu pulchritudinem ex omnibus compositam formis conspici. Nam & contactu est instar violæ, ut non inquinet, sed fragrantia opplet tangentem: & saporem habeat suavem, estque olfactu & visu jucundissimum malum: ut merito laudetur, quod omnes una sensu allicit. Hæc nos mediocriter nobis probari diximus. Sed cum Empedocles scripsit, &c. — ιωνεῖον μῆλον. — (Vide cap. de punica) — usque maturare. Quo autem sensu sapiens mala dixerit hyperphœa, dubito; maximè cum non elegantiæ carminis parandæ gratia nitidissimis adjectivis tanquam floridis coloribus exornare suas res Empedocles soleat: sed singulis naturam aliquam aut vim exprimat; ut cum corpus animæ circundatum vocat tellurem amphibioten, quasi undique mortalem, & aërem nephelegeretam, tanquam nubes colligentem; & polymaron jecur, id est, multo sanguine præditum. Hæc ego cum dixisse, grammatici quidam dixerant, mala dici hyperphœa ob vigorem; nam à Poëta φλασιν, sumi pro eo quod est majorem in modum vigore & germinare, & Antimachum hoc sensu dixisse, Cadmœorum urbem frugibus vegetam, itemque Aratum de Seyrio.

Καὶ τὰ μὴ ἔργωσεν, τὸν δὲ Φλοόδη ὠλεσσε πάντα.

*Viriditatem & florem fructuum phlois voce affectisse: esse etiam quosdam de Græcis, qui phlo Baccho sacrificant: quoniam itaque de omnibus fructibus in malo maxime vigor & viror permanent, hyperphlæum fuisse à philosopho nominatum. Lamprias autem, avus noster, ajebat, vocem hyper, non modo nimii & vehementis habere significationem, sed etiam ejus quod extra est aut supra. Sic enim à nobis hyperthyon dici superlorem januæ postem & hyperoum sublimius canaculum, & Homerum (Ody. y) carnes victimæ exteriores vocasse hyperera; ut interiores encata. Videamus an non hic Empedocles respexerit, quod cum aliis fructus foris cortice (is enim φλοίος est) ambiantur, tique putamina que vocant, involucra, membranas tegmina in superficie habeant: solus mali cortex intus est glutinosa & pinguis tunica, qua semen continetur. id vero quod ejus est foris, circa eam circumpositum, hyperphlæum (quali situm extra corticem) recte appelletur. Mali inventorem Athenæus ex auctoritate Theocriti Bacchum scribit, ὃν εἰς τὸ μῆδαν οὔπερις ιτι Διόνυσος παρηγένετο Θεόκριτος οὐ γεγενέντος οὐρο-μος λέγετο.*

*Māla μῆλον σὺ καλπιστή Διονύσιο φυλάσσων.*

*Κερπί δέχων λεύκαν, Ήρσιλεός ιερὸν ἔργον.*

*Νεοπτόλεμος δέ οἱ Παρθανός εὐ τῷ Διονύσῳ καὶ αὐτὸς ἐργεῖ,  
εἰς τὸν Διονύσου ἐργάζεται τὸν μῆλον, καταπηγῇ τὸν ἄλλον ἀκορδόνων. Mala Bacchum reperiisse his verbis Theocritus Syracusius affirmat.*

*In sinu Bacchi quidem mala custodiens,  
In capite gestans album populum, sacrum ramum Herculis.*

*Neoptolemus Parianus in Dionysiade refert, & à Baccho inventa fuisse mala, & alios omnes fructus duro cortice tenetos. Sed non omnia mala invenit Bacchus, verum cydonia Veneri grata, ut supra probavimus. Μῆλον Theocrito malum cydonium, ut Eidyl. 5. βάλλει καὶ μῆλον. vide cap. de cydoniis. Arbor cuius Historiam hoc capite proponimus Latinis malus dicitur, fructus malum similiter. Græcis μῆλον arbor, μῆλον fructus. Sed apud Græcos vox μῆλον latius patet, quam malum apud Latinos; latius etiam sumitur quam pomum apud Romanos. Pomum supra diximus denotare omnem fructum molli cortice rectum, ὄνομα Græci vocant; specialiter autem malum de quo nobis sermo significat. Bonum, ut hoc obiter addum, a potu quali potu num dictum esse. Varro scribit lib. de rust. cap. 31. In poma que insita erunt, siccitatibus aquam addi quotidie, à quo quod indigente potu, poma dicta esse possunt. Dixi μῆλον vocem latius patere, quam pomi. Hoc negant viri in re botanica celeberrimi, Et si, inquit, pomi nomen apud Latinos latius patet quam μῆλον apud Græcos, tamen usus obtinuit, ut pomus pro malo arbore, pomum pro mali fructu capiatur. Hæc viri Doctissimi. Notant ali quodcumque pomum non pro fructu, sed arbore neutro genere ponit apud Plinium, ubi poma putanda esse docet, sicut vites. Idem Plinius quoque pomum dicit, quod alii nucem. lib. 15. cap. 22. ubi de nucum generibus agit. Solum hoc pomum compactili operimento clausit. Idem apud Ovid. de nuce legitur.*

*Annua cultori poma referre suo.*

*Sed non minus latè patet vox μῆλον. Græci enim omnes arboris fructus μῆλον vocant, aliquando ad certam quandam speciem restrainingunt. Hesychius, μῆλον μῆλος καρπός Idem, μῆλα καρπός μῆλον πάντα τὰ πεπτόδα, δέ τοι μῆλος βύρω, δέ ίστι πάντα δέσμωτο μελατὴν λέχεται, κατ' ἐπικρατεῖαν δὲ τὰ μελατανά μῆλος αἴτει, καὶ πάντας δένδρος καρπός, ἵλαις τοῦ μελατανοῦ, καὶ πάντα πέδινά. Melum omnem denotat fructum melas vulgo significat omnes quadrupedes, unde omnis bursa, hoc est omne coriūm melote dicitur, peculiariter autem oves & capras (Gal. com. in lex: μῆλαν καρπόνα) omniumque arborum fructus, imprimis vero mali, & omnes arbores. Exemplum ex Homero peti potest, apud quem μῆλον pro quavis ponitur arbore. Iliad.*

*Πολλὰ δέ γε περιφέλυμα χαμᾶς Βάλε δενδρεα μακροδέ<sup>τη</sup> Αυτῆσιν ρίζαις καὶ αὐτοῖς ἀνθεστο μήλων.*

*Multas hic funditus humili prostravit arbores altas  
Cum ipsis radicibus, & ipsis arborum floribus.*

*Alia tamen Scholia Theocr. Eidyl. 7. sententia. Hic vult μῆλον versu citato accipi pro summitate arborum. μῆλα δέ inquit, πάντα τὰ ἄλλα τῶν δένδρων. "Ομηρός. ἀντῆσιν φέρεται καὶ αὐτοῖς ἀνθεστο μῆλων. Vides μῆλον vocem latius, vel saltem æque late sumi apud Græcos, quam pomum apud Latinos. μῆλον derivatur a verbo μῆλω, quod idem atque φερεται καρο, sollicitus sum; quod Prisci de malis admidum essent solliciti, easque omni cum diligentia & studio colerent. Latinis eadem de causa malus à malo, defidero, experto dicitur, propter insignem usum alimentarium, cibariumque. Malorum tam multæ sunt differentiae, ut nulla regio, nulla urbs, nullum oppidum, nullum castellum sit, quod non privatam quandam suam aut originem, aut infestationem ostendat. Infiniti foret operis omnia malorum genera describere.*

*Non mibi si lingue centum essent, oraque centum,  
Ferrea vox omnes malum comprehendere formos,  
Omnia pomorum percurrere nomina possem.*

*Quis posset in tanta malorum varietate, nominumque pro cuiuslibet regionis, urbis, oppidi, hortulanii, ac rusticorum placito ac diversitate, præsertim cum quotidie novo infestationis ingenio velut nova prodeant, omnia sine errore recensere. In genere tamen hanc malorum damus differentiationem. Alia sunt magna, quædam parva, nonnulla ob-*

mus) nascitur, & ea quæ in lapide in transfigu-  
rantur, ut thymum : & quæ lauriformia sunt, &  
reliqua.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

**E**N I<sup>mp</sup> R<sup>eg</sup> d<sup>icitur</sup> ad e<sup>ccl</sup>. Distinguit Adriam ab Italia. Id quod  
tunc fieri decuit, ut intelligat Adriam, Galliam cis Al-  
pes. Romae platanus est, & in Sicilia etiam nunc, quam  
vidimus.

*Φιλιππίδης. Sic etiam supra de Harpalō διφούσιμῳ. ἐδὲ  
διγνῶται λαός τι μέχθεται. Theodorus, nec ullam magnitudi-  
nem capere possunt. Licuit Theophrasto: at non potuit  
Theodoro. Quid enim est, nullam capere magnitudinem?  
Nullum incrementum dicere debuit: aut nullam insignem  
magnitudinem.*

Καὶ εὐ τῇ θυλάττῃ φύεται ὑλήμαζεῖνα, οὐτ τῇ ἔξω. καὶ τῇ σεβ  
ημέσῃ, οὐ διδόσει. Theodorus, aliter legit: Neque enim arbores,  
ut hic, attribuit nostro mari, sed oceano. Sic igitur agnovit.  
Καὶ εὐ τῇ θυλάττῃ φύεται ὑλήμαζεῖνα τῇ σεβήμας: εὐ σὲ τῇ ἔξω  
οὐ διδόσει. Nam mox, μικρὸν οὐ πάντα τοῦτο ημας. ut nequeant  
esse arbores, sed ὑλήματα. ubi lege θυλάττης, non autem ἰλάττης.  
Pusilla enim quae sunt, haud extant. Incipias autem caput  
nouum ibi, μιγίστη οὐ Διαφορέσθ. Inscriptio. Naturæ planta-  
rum secundum terram & aquam.

*Tò ἡρὸς οὐκ ἀστεῖος. Locus valdè corruptus. Videtur hoc velle. Apud nos aquatice plantæ sunt minores, in Oceani partibus quibusdam etiam arbores: iccirco quæ apud nos sunt, sunt manifestissima, & maximè communia: quæ in aliis sunt, propria. Sic igitur scribes. Τὰ ἡρὸς οὐκ ἀστεῖος, ἐι πάλι φανερότατα, καὶ γνωστότα. Καίνα ἢ ιδιώτατα καὶ τούτους. Ιλάτη, &c. Theodorus cum non posset sese expedire, contraxit orationem ab imo: ac statim ab alga incepit.*

Omisit Theodorus ~~tertianus~~, Et tamen necessariam vocem. Porri namque folium habet: etiam, si cinguli meretur nomen, convenit.

Pi<sup>g</sup>as δαστιν, Theodorus hirtam. Plinius præterit negligientius. ἀνδρεὶς λαπεῖαι. Theodorus legit, ιωθεῖ. Squamatam idem transfert, nos luminosam: quippe ad ceparum modum, quibus scama nulla. Si squamæ ιτυοι intellexisset, neutriquam cum lamina confudisset. Minime prætermitti decet, quod Plinius ausus est. Non habet, in-

quit, alia lingua nomen, quod Græci vocant Phycos: quoniam alga herbarum vocabulum magis intelligitur. Qui non animadverteret apud ipsos quoque Græcos φῦκος illud, quod meruit algæ nomine attingere, esse nomen herbae. Quippe sic ait, εὐτὸν καλόν. Non est igitur semper frutex.

Tο εἰσελθόντως, ἀπειρ τὸ μαρεῖον, οὐ πάσιν, ἀδὲ ξένογον  
εἶται ἐκον καλῶν. ἀλλὰ ὁρθὸν παν σε αὐτῷ. φύεται δὲ ποτὸς ἵππος τὸν ἀ-  
στραφόν, καὶ ἵππος τὸν λίνον. εἰκὸν ἀπειροῦ, καὶ τοῦ γῆς τοῦ συγγενοῦ  
οἱ ἄνθρωποι. καὶ τὸν μὲν τεχνούντος ποτὸν αὐτῷ γῆς πολλάκις ἡ ἀστερι-  
ἴπτικληζεται μόνον τὸν τῆς θαλασσῆς. θειεροῦ οἱ ἀνθρώποι. Theodo-  
dorus multum hujus historiæ omisit. Alterum, inquit, fo-  
lio crinito terræ ipsi adhaerens: sæpeque à mari tantum  
alluitur. Alterum altius degit. Quæ defunt, sunt hec.  
Aliud genus folio capillaceo, ut roeniculum, neque vi-  
ride, neque pallidum, fine caule, & tamen in seipso  
surrectum. Oritur super testis, & saxis: non quemad-  
modum alterum è terra. Utrunque genus prope oras  
terrarum nascitur, ac ipsum quidem capillaceum heret  
terræ. Sepē etiam à mari alluitur tantum. Illud autem  
profundiore mari provenit. Ita agnoscis non esse pelagia.  
Et cum oras terrarum ament, alterum tantum è terra pro-  
dit: alterum est in saxis, & ostreorum testis. Et illius na-  
tura tamen si maritima est, tamen à mari non operitur, sed  
tantummodo alluitur; idque sepē. Alterum non solum allui-  
tur, sed etiam tegitur: id est, άνθρωπος. Theodorus, altius  
degit: Non queo intelligere. Declarat άνθρωπος; quia etiam  
in Oceano ita habemus & historiam, & historiæ explica-  
tionem, tum per communem naturam, tum per proprias  
differentias. Scribes aspirate, in εὐτῷ.

Kay τὸ μέτρον αἰς πλάνωσιον. Theodorus, latitudine amplius, quam ut manu apprehendi possit: latitudine ampliore, quam ut palmo æquari possit. Neque vox illa, manu, dat intelligere τὸ πλάνωσιον, pro mensura.

Kαὶ οὐ τὸ κευτῶν δοῦλον, ἐκπίπει. Mira vox, ἐκπίπει, de herba quæ sit in profundo maris, cadere. intellige ab radice. Non mirum herbas aquaticas hyeme ledi: Additur enim gelu frigori. Sed mirum in lacus nostri Benaci fundo imo herbas per aestum marcescere: cum tamen & ille sub aqua sint, & ipsa aqua eo in loco frigida. ἀπότα οὐ νοίδαι λας τὰ φύσιμα κρίνειν, ηγάπαν εἴπει γένος & κευτῶν. Quin sunt flores quidam hyemales. Hyeme prodit Mandragora. Elleborum quoque nigrum senviente etiam hyeme adeo nitidum mirati sumus, ut ne à verna quidem ulla herba superetur.

**Θεόδωρος.** Theodorus, cœ terrena, male. τὸ ἵψιον, terrenum est. At τὸ τελεόφυτον φύεσ, non est terrenum, non est ἵψιον; sed εἰδίκουν, ut ita dicam: Εἴ τamen est ἅπαξ.

Ō οὐ προσειπταντος. Est igitur hic hoc verbum transiitum, cuius usus absolutus est apud alios. Theodorus non expressit illas verbis, Spongarii deferunt. Melius urinando eximunt.

Πελού ρυδίας τῆς πορφύρας. Nota, ἡ γένος ρυδίας, pro eo quod alius dixisset, ρυδίας. Theodorus, color longè purpuram præstat. Immo est, quam purpura præstans. Mirum vero purpure genus algæ nutritum minoris estimari. Si ex algæ succo sit color commendatissimus; sane si hoc genere algæ alatur illa purpura.

**E**t si ergoκειν. Theodorus, super fistilibus. Fortassis  
super testis ostreaceis.

*maiores transit. Itaque commode potes hinc partiri caput  
Kai autem επι την ομοιων. Theodorus omisit. Ramorum.  
Μικρος εχει, επι οδηγias. Theodorus legit, παραγει: quia sub-  
dis, βεργονταις, πυκνωναις. Legunt, πυκνωναις.  
Και κατα την αυτην την καυλην, σεσπενσεται πυκνη οδηγη, ε-  
πι την οδηγην, διαδυναται οι οινοι. Επιδια μετα, επι την οδηγη, παρα ποσος Theo-  
dorus, subter, alia quedam cauli ipsi adhaerent: ad qua-*

dam tora obesa ingrediuntur millepedæ: & alia quæ  
dam generis ejusdem bestiolæ: quodque polypi speciem  
gerit. Ego sic lego, καὶ πάντες ἀστον. In quorum tefis hospitan-  
tutus ὄντος, a scelli multipedes. Theodorus aliter legit, quam  
διατελεῖ φυγὴ τοῦ.

*B*ea*co* *genius*, *Theodorus*, *glans commoda*, *utilis  
potius*. *Multa sunt commoda*, *S* *utilia*, *ut sedere sati-  
rum patrem familias, cuius uxor, aut villicus nibilis sit*. *Ne-  
sciebat ille illam latitudinem, iucundum, gratum, commodum  
utile, necessarium, frugis itaque sape, S* *bic*, *S* *alibi con-  
fundit, ut variet.*

*Theodorus, homines nantes, atque se summergeentes. Sanctus significat, crux movere, & calcitrare. Natantes & vinatores.*

Πλάνοις. Εγκώντων απόντων την περικλεισμόν. Delle roti.  
Η γένος απόξειν, είναι παντού συνανθράκων. Theodorus, Spongia  
namque quae physiae vocantur. Non, sed sic Spongia, nam  
que, & quae physiae. Spongiæ species physia est, ex Aristi-  
tele.

*Αποληπτικα τελος. Non nominavit: Sed tamen significa  
mulgata, ut corallus, de quanib[us]. Sed Thuma lapidescer-  
dixit. Fortasse est muscus ille, qui super cordillo. Preterea,  
non est, error esto illius, qui non descripsit: non nositer, qui  
non descripta ne agnoscere quidem dignatur. Videntur e-  
-nam posuisse operam, ut sonniemus.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

**P**rocessuque d<sup>e</sup> auct<sup>e</sup> regnatur. Sic et coralliorum frutex  
provenit, item salix marina, quarum hic figura. Plinius lib. 25. cap. ult. ex hoc decerpit, sed censura eget,  
quum indistincte tradit in alto nasci querum et abietem,  
quas Theophrastus vegetalibus dixerat. **P**roponamus. Recite, sic  
et supra pro mythicis. **Z**eta in via (κατω τοις αερισμοις τοις και-  
λοι φυγιστηι πνευματι) εις τον θεον (Subaudiens oracula) δε-  
δυκετος οι οικοι, οι. Sic. Sic depravatus locus sanari potest.  
**A**παλλαξοντο. legendū παλλάξονται, id est, variantes et al-  
ternantes. **α**παλλαξη, vide argo in nostro lexico. Ορθος nem-  
pe διαφορους; Εις σειρα, numerum φύλλων τοις συγκαι, quae ad  
terram inflectuntur per orbem, ut quis puteat ex parte esse  
fracta. **τ**ην τη γη. **M**ira brevitas quamibi diu tenebras offu-

*dist. Ergo sic plenius ἐξ lucidus : επειδὴ φοίνικες ἔμοις ταῖς οὐρανοῖς τὰ γε διόλυτά των φύλλων ἔχει τὸ μέσον γε καλλιλό. ut foliorum τύραννος εἰσιν, sic palmæ marinae stipes.*

Tenuis (nempe *palma* ή *δένθησις*) καὶ παχεῖον. Repone  
κλάδον. Quomodo καλός de *palma*? Στίχος certe. Nam  
Βογχεύειν *ipsé esse* assertur. Πλυνά. In Crispini lexico i-  
-munitio, legendum ostenditur; quasi illatae, ut finxit in-  
-terpres apud Aristot. Ἀπολυθρόν, Plin. lib. 13, cap. ult.  
Extra Herculis columnas porri fronde nascitur frutex  
& aliis lauri & thymi, qui atque ejecti in puniceum  
transfigurantur.

# IOANNIS BODÆI A STAPEL

**E**N' ἀρ' γό τοῦ Αὐτία πλάτανος. Nemo ignorat platanum a latè diffusis ramis, foliisque latis, nomen impositum. Platanus enim Græcis dilata ac speciosum redi. Propter hanc speciosam gratamque latitudinem magno in honore habita semper fuit platanus. Plin. lib. 12. cap. 1. Sed quis non iure miretur arborem umbrae gratia tantum ex alieno peritam orbe? Platanus haec est, per mare Ionium in Diomedis insulam ejusdem insulae tumuli; gratiam primum invecti, inde in Siciliam transgressa, atque inter primas donata Italiae; & jam ad Morinos usque pervecta, ad tributarium etiam pertinens solum, ut gentes vestigia & pro umbra pendant. Ex alieno orbe platanum adiectam in Italianam ait. Hoc carpunt viri magni, &c critici summi. Nostra, inquit, haec regio (Hetruria) Romanis hominibus ob asperitatem montium, sylvarumque densitatem, non valde nota frequentataque erat. Quod multis modis intelligi ac certo perspicere potest: In aliis enim hujus rei argumentis stirpes quoque nonnullæ hic gignuntur, que veteres peregrina Italiae esse crediderunt. Platanum certe Plinius hoc importatam ex alieno orbe dicit; at de illa, ut externa arbo, loquitur, & qua anima causa expedita sit, studiosèque hic constituta: cuius tamen sylva sponte sua nata in agro nostro est. Nam cura hominum platanum illæ satæ credi non debent, cum semper novæ aliquæ istic exoriantur: locisque ubi nascuntur remotus ab urbe, & cultura omni delicate more sit. Quod si loca haec celebrata quondam fuissent, nunquam latuisset tam grata arbor, & magno studio ex longinquis usque terris petita. Saltus autem, ubi existunt ingenio ejus terre platani est, prope confluentem Sevæ & Arni. qui nunc possidetur à Sacris virginibus à Rosano vocatis: indeque sumunt multi, qui nobilibus stirpibus delectantur: amanamque hanc, ac tantopere probatam veteribus umbras querunt. Theophrastus sane in Italia illam inveniri non negat: quamvis raram hic esse commemorat. Vereor tamen ne de importatis aliunde locutus sit, cum addat, non videri hanc sedem nostram, terramque eam gignere. Ficulnæ planè & nullius valoris argumento utruntur. Ideonea cura hominum in Hetruria plantatae non sunt platani, quod sem-

NOTÆ ET COMMENTARIUS.

per novæ aliquæ illic oriuntur? Ultimus dux Clivæ ab  
annis 30. loco Emmerica remotore inculte arido ac  
sterili jussit seri sylvam pineam: An ergo quia quotan-  
nis ex femine deciduo in eadem sylva nascuntur novæ  
pini, dicemus, sylvam istam cura humana istuc non esse  
satam? Ad studioflos Botanicæ artis novellæ quotannis  
istinc adserri solent: neque enim longe à patria nostra  
abest Clivia. Ipsa in Batavia in agro Zypiano, qui ante  
50. annos lacus satis fuit ingens, quercus sylvæ fate-  
sunt, quæ quotannis multas novellas proferunt quercus.  
In horto medico Lugdunensi una tantum platanus à Clav-  
riss. & celeberrimo Botanico, anatomico, ac medico  
P. M. Petro Pavio, viro facundissimo, plantata est, quæ  
plures è radice emisit novas platanos; an ideo negabit  
quis, cura Pavii istuc non esse plantata, sed sponte pro-  
filiisse, ut sylva Laserpitii, de qua apud Theophrastum  
legere est. Illud negare nolim, si locis sive sylva in He-  
truria celebrata fuisset, futuri, ut nunquam Plinum la-  
tuissertam gratam arborem istuc reperiri; sed inde satum  
non esse eo loco, quis probabit? Plus mille intercedunt  
anni, interea quid non fieri potuit? Quin multis in locis  
sata sit platanus, non sit dubium, & ex eo certò concludi  
potest, quod Plinii ævo ad tributarium pertinebat solum,  
deo ut gentes vestigial pro umbra penderent. Sed in  
exemplo Toletano habet ur: ac tributarium etiam deti-  
nens solum. Harmenopolus suo seculo non tantum pro  
solo, sed etiam pro cælo & aere vestigial exactum fuisse à  
Michaele Paphlagone imperatore scribit, qui ut ait, πολι-  
μαντος οὐκ εἰς τὸν αὐτὸν καιρόν, πάντων διδοὺς αἰδίους,  
αποδεῖται εἰς τηρούμενων δόμων ἀστέρων καὶ κυκλων στατικῶν  
εστοῦ, τούτων πολλούς εἰσιν αἴσθησι. An non pro aere & vento  
apud nos solvit moltior cum pro pistripo quotannis quin-  
quaginta pendet florenos. Redeo ad Plinium; Dionysius  
prior Siciliæ Tyrannus Reginum in urbem translitulit ea-  
domus suæ miraculum, ubi postea factum gymnasium: nec po-  
tuisse in amplitudinem adolescere, & alias fuisse in Italia:  
ac nominatim Hispania, apud autores invenitur. Hoc actum  
circum captæ urbis etatem. Praeceptoris mentem non satis  
sequitur

*Atque oluere Lares commissatore Lyæo,  
Crevit & effuso latior umbra mero.*

Narrant Xerxen potentissimum Persarum regem, umbra platani adeo delectatum fuisse, ut diem integrum sub ea, cum maximo exercitu consumperit, floccipendens tam brevi voluptate tot copias remorari. Addunt, ob pulchritudinem monili aureo donasse, custodemque praefecisse. Sed Aelianus ipsa praestat adferre verba, apud quem libr. 2. variae historiae cap. 14. legere est. Γεραιού  
εποιός οἱ Ξέρξης, εἴτα θαλάσσης μὲν γῆς κατεφεύγει τὸ Δίος τερψίν,  
ιαυτῷ δὲ εἰρήθει κανέας οὐδὲς καὶ πλωσι αἴσθη. Θεόνδροι τοιούτοις  
καὶ θεύματος δὲ δένθεροι. οὐδὲν δὲ τοιούτοις  
μείζονες πλατάνους, καὶ τοῖς ικανοῖς σκέπαις κατέμενον οὐδὲν πιθεμέ-  
νος, οὐδὲν ποτε σκέπαιμεν τηλεσχίας, τὴν τοιούτην πολεμίαν. ἀλλὰ Ε-  
λλήνων αυτήν πολυμον πλαντεῖται, τρεπτοῖς οἱ φύλακις πριν τοὺς κλαδί-  
ους, καὶ μελιδώνων αὐτῇ κατέλεπτον. ὥσπερ ξερμένη Φύλακα, οἱ φρε-  
γοί, εἰ τούτων, τὸ δένθρον καλέοντες απήντησαν; οἱ μὲν γῆς ιέρεις οἱ  
ἐπικηπτοί, οἱ μηδεὶς αὖ τοῦ συστίκουν, οἱ λαοὶς σφράγας καὶ συμμάχη-  
τος αὔραν οὐδὲν. Ιπποί Φυρέων καταλλούσι οὐδενὸν έπιν. Σύγχυτος οἱ κλαδίοις, καὶ  
ηγένετο πολλὴ, τερπούση τοῦ πτέμαν, καὶ αἱ πίσταις σεβάζεις, καὶ Αἰγαίοντος  
οἱ αὔραίς, καὶ αἴματος αἵρεσις ηὗται τοιαῖς. Εἰ μαντείφουσαν αἱ μύραι, Ε-  
νδροί δὲ αἱ Ξέρξην, καὶ προσθέσθε Φύρεων, τὸ δὲ εἰς οὐρανούν επέσθερον. Χλαμύ-  
δεις δὲ αἱ Ξέρξην, καὶ προσθέσθε Φύρεων, τὰ τοιαῦτα διέβησαν, ηπ-  
τε προτον τοῦ πλατανοῦ, οὐτὶ τοσές ἀλλα διέβησαν δύοντας λί. Ridendus  
profecto Xerxes ille est, quod cum mari terrisque Iovis ope-  
ribus posthabitis, nova itinera, et insolitam navigationem  
sibi parasset, servivit platano, et arborem coluit. In Lydia  
igitur, ut rumor fert, cum vidisset proceram platanum, in-  
tegrum diem ibi commoratus est, nulla postulant neces-

sitate, & castra posuit in solitudine juxplatani. Sed & multipli cem & pretiosum ornatum in ea suspendit, torquis, armillisque ramos veneratus: & curatorem ei reliquit, quasi custodem & propugnato rem amasie. Sed quid tandem ex his ad arbo rem emolumen ti redit? Nam ornat us appositorius, & nihil ad ipsam pertinens, frusta pependit, neque ullum enolumentum ad arboris pulchritudinem attulit. In arboribus commendantur generosi rami, coma densa, stirps firma ac stabilis, radices in profundum altæ, ventorum agitatio, umbra ex iis procedentis amplitudo, cedentes invicem anni partes: aqua partim alveis inducta ad alendum, partim de celo missa ad irrigandum. At chlamydes Xerxes, & aurum barbari, reliqua que munera, neque ad platani, neque alterius arboris generositatem quicquam faciunt. Quare quis, & merito, utrum platanum Xerxes majore honore affecerit, an Hortensius? Is enim est de quo Plinius, hic, qui mero nutritivit platanum. Macrobi. libr. 2. Satur. cap. 9. Is hortensius platanos suas vino irrigare consuevit, adeo ut in actione quædam, quam habuit cum Cicerone suscep tam, precario postulasset, ut locum dicendi permutaret secum: abiit enim in villam necessario se velle, ut vinum platan o, quam in Tusculano posuerat, ipse suffunderet. Neutri, salvo meliori judicio, sincipit sanum fuit. Pessimè Persis consuluit Xerxes. A Græcis enim tanto regi imparibus, devictus fuit; quod negligentia, aliisque rebus futile bus, magis intenso Xerxi veteres adscribunt. Ab Hortensio res publica magnum damnum non perspissa. Plinius. Celebratæ sunt primum in ambulatione academia Athenis cubitorum 36. unius radice ramos antecedente. Nunc est clara in Lycia gelidi forris socia amoenitate, itineri apposita, domicili modo cava 80. atque unius pedum specu, numeroso vertice, & se vastis protegens ramis, arborum instar, agros longis obtinens umbris: ac ne quid defit speluncæ imagini, sexae intus crepidinis corona muscosos cōplexa pumices: tam digna miraculo, ut Lucius Mutianus ter. Cof. & nuper provinciæ ejus Legatus, prodendum etiam posteris putarit, epulatum intya eam se cum duodecimmo comite larga ipsa toros præbente fronde, ab omni efflatu securum, optantem imbrum per folia crepitus, lettorem quam marmorum nitore picturæ varietate, laquearium auro cubuisse in eadem. Hæc examinanda. Magna & latis diffusis ramis fuit platanus, que cubitorum triginta sex umbram fecit, vel ramos expansos habuit. Non immerito de platano Poeta.

*Namque ministrantem platanum potantibus umbram.*

Cicero libr. de Orat. 2. platanus quæ ad opacandum  
locum patulis sit diffusa ramis.

*Nobilis æstivas platanus diffuderat umbras.*

Exempla quæ adfert Plinius, satis ostendunt πάσας τροφὰς πάτερνας, ut dixi, nomen accepisse. Scripsisse videtur Plinius, ut ex Ursino optimè animadvertisit Dalecampius; Cubitorum 36. unius radice ramos agente. Nunc clara est in Lycia, &c. Putavi quandam legi oportere, Nunc clara est in Lydia; Quia Xerxes in Lydia reperit, quam ob pulchritudinem, ut jam dixi, monili aureo donavit. Sed nullam video rationē, cur rejiciatur vulgata. Quippe in Lycia gymnasium quoddam fuit; & verisimile fit, Athletas sese in Lydia sub platani umbra exercuisse. In antiquo codice male legitur, Et se vastis protegens ramorum arboribus instar agros longis obtinens umbris: Sequitur. Epulatum intra eam se cum duodecimmo comite largè ipsa thoris præbente fronde. In aliis codicibus, largè ipsa thoris præbente frondes. Utraque lectio ex Scholiaсте Nicandri auctoritate defendi potest, qui ad hunc in Theriacis versum.

ΣΦΑΙΡΗΠ ΘΕΡΕΙΛΈΧΈΘ- πλατύνειο,

scribit; Θερετικής δὲ, ἡγεων συσίδερος. ἵππη πλατύτερη ἔχει τὰ  
φύλλα αὐτές δύναμες ταῦτα μάντικον σκοπούντες, θέρευον ὄντος. ἡ Διάρρη τὸ  
φύλλον δύναμες πολλά λέγεται εἰς τὰ φύλλαν αὐτῆς. Id est, Θερετικής  
dixit, quasi umbrosae, quod lata habeat folia, aded, ut sub eo-  
rum umbra aestate cubari tegique quis possit. vel, quod ex eius  
foliis aestate lectus sternitur. Facile videt lector, utramque  
lectionem suam habere fautorum. Plinius, optantem im-  
brium per folia crepitus. Honestior, inquit, Pintianus,  
quorundam codicum lectio. captantem imbrium per folia  
crepitus. latiorem quam marmororum nitore. Codex anti-  
quus hoc loco valde corruptus. Latioremque marinorum  
nitore, pictura varietate laquearium auro cubuisse in eadem.  
Aliud exemplum Caii principis in Veliterno rure mirati u-  
nius tabulata, laxisque ramorum trabibus scamna patula, &  
in ea epulati, cum ipse pars esset umbræ, I. convivaram, ac  
ministeriæ

ministerii capace triclinio, quem cenan ille appellavit nīdam. Et hæc in antiquo corrupta. Laxeque ranorum trahibus, scama patula, & in ea epulanti cum ipse pars esset umbra, quindecim convivarum ac ministerii capacem triclinio: quam cenan appellavit ille nīdam. Sed quomodo ille, qui unā epulabatur pars potuit esse umbræ. Corrigunt, cum impar esset umbra. Malo cum Dalecampio legere, circum sparsa umbra. Totum hunc locum in hunc scribere sensum: Aliud exemplum Caji principis in Veliterno rure mirati unius tabulata, laxisque ranorum trahibus scama patula, & in ea epulati, circum sparsa umbra 15 convivarum ac ministerii capace triclinia, quam (peccime vulgati codices quen) cenan appellavit ille nīdam. Hæc non sunt miraculi loco habenda. Amerfuri sœpe in tilia que istic ad multos annos culta est, accubui mensæ, non ego solus, sed plus quam 20. convivæ alii mecum, quos omnes una tilia excipiebat, ac tegebat, adversus ventorum vim, ipsiusque solis ardorem; tam densis patulisque ramis, foliisque est, ut ad mensam ne radii quidem solares perire queant. Cæsar platanum Martialis poëta lepidissimus libr. 9. epigr. 61. laudat.

In Tartessiacis domus est notissima terris,  
Qua dives placidum Cordua Baetin amat:  
Vellera nativo pallent ubi flava metallo,  
Et linit Hesperium Bractea viva pecus.  
Ædibus in mediis totos amplexa penates:  
Stat platanus densis Cæsariana comis:  
Hospitis invicti posuit quam dextera felix,  
Capit & ex illa crescere virga manu.  
Auctorem, dominumque nemus sentire videtur:  
Sic viret, & ramis sydera celsa petit.  
Sæpe sub hac madidi luserunt arbore Fauni;  
Sæpe sub hac latuit rustica fronde Dryas,  
Dumque fugit solos nocturnum Pana per agros,  
Terrnit & tacitam fistula lata domum,  
Atque oluere Lares commissatore Lyeo,  
Crovit & effuso latior umbra mero:  
Hesternisque rubens dejecta est herba coronis,  
Atque suas potuit dicere nemo rosas.  
O Dilecta Deis, ô magni Cæsaris arbos,  
Ne metuas ferrum, sacrilegosque focos.  
Perpetuos sperare licet tibi frondis honores,  
Non Pompeianæ te posuere manus.

Quæ de Creteni sequuntur platano lib. I. hist. c. 15. examinavimus. Poëtæ arborem hanc non *πλατάνος*, sed *πλατανόν* vocare consueverunt. Phavorinus. πλάτανος, ἦτοι καὶ πλατανίων οὐκέτι λίγαι "Ομηρος", οὐδὲ τὸν εἰπεῖν θεοῦ πλανῶν γέ τὸ φυτὸν αὔχετο, τὸν καλὸν οὐλέ τοις ονιατροφουμένοις. διὸ Εἰ τὸ Χερκανὸν πλατανῶν ἐχειν ἴσχει λόγος μη φύκεις, σφεντελέτον τὸν τελετὴν ονιατροφουμένον. οὐ πέρ τοις αὔχεται. Platanum, quam per paragogeum sive transgressionem Homerius pulchram platanissum vocat, ac si quis dixerit asperitu formosam. Planta hæc licet sterilis, pulchra tamen iis qui umbra delectantur. Quare platanus à Xerxe amabatur, quæ & nuptiali modo ornabat; delectabatur enim ejus umbra quoties inducias haberet. Älianu magno exercitus damno id à Xerxe factum ait, cuius, quod antiquior, magis probabilis sententia. Carmen Homeri, quod Phavorinus intelligit, reperitur Iliad. β.

Καλῆ τὸ πλατανίων ὅδεν ρέεν αὐγλαὸν ὑδωρ:  
Pulchra sub platano unde fluebat limpida aqua.

Theocrytus Eidyl. ι.

Περῆται τι σέΦανον λατῶ χαμᾶι ἀνδρούνοιο  
Πλεύσασμ, σκιερὴν καταθήσοιδι μὲν πλατανίωνον.  
Περῆται τὸ δέγυρεας ἐξ ὅλπιδος υγρὸν ἄλειφαρ  
Δαλόδρα, σαζένυμδι τὸν σκιερὸν πλατανίωνον.

Prima tibi coronam ex humi nascente loto  
Nestentes in umbrosa suspendemus platano:  
Et prima tibi ex argentea pyxide liquidū unguentum  
Accipientes, stillabimus sub umbrosam platano.

Duo platani genera Plinio: major, quæ platanus & πλατανός: minor, quæ chamæplatanus. Plin. lib. 12. cap. 2. Namque & chamæplatanus vocantur coacte brevitatis. Falluntur qui tiliam vel acerem vulgarem platanum existimant. Neutri pilula aspera. Nicandri Scholia festes, οὐδὲ καρπὸς οὐτὸς σφαιρία πὰ τερψία ίσι, διὸ Εἰ σφαιρία εἴπεται.

Sed hec tilia habet folia ricino, aut spondilio similia. Diocorides lib. 3. cap. 90. ποταμοὶ λίστα ποταμοὶ ίχει, οὐ ποταμοὶ πλατανάρια τοῖς τὸ θύματα. Spondylium folia quidem habet platano quadantēnū similia, ad panacis foliorum figuram accendentia. Lib. 4. cap. 164. Φύλλα οὐ συστατικά πλατανάρια, πλατανάρια οὐ τὸ λειόπεργο, τὸ μικρόπεργο. ricinus folis est platani, at majoribus, levioribus, ac nigroribus. Ex his tiliam non esse platanum satis probatur. Magna & procula ad-

### Platanus.



modum arbor platanus, multis longisque radicibus tixa, ramis prælongis, patulis & amplissimè luxuriantibus patet, cortice crasso vestitur, umbram efficiens admodum spatiosem, cuius gratia olim Romanis gratissima, expedita & commendabilis fuit; Folia habet lata, ampla, ricini modo angulosa, vitiginea majora, ex longo & tubenti pediculo pendentia. Flosculos edit ex luteo albos, congestos, parvos. Fructus pilularum instar rotundus, scarber, nonnihil lanuginosus, feri enucis pontica latitudine, in Asia tamen major est & hirsutior, ad juglandis nucis quantitatatem accedens. Fontes amat & fluvios. Apud nos peregrina est, & in hortis quorundam colitur; in Asia frequens est; in Hetruria sylva platanorum est, in Cretæ convallibus juxta Athon montem sponte, teste Bellonio, provenit. Apud nos procula admodum fit platanus, sed ramos non usque adeo latè expandit; respectu arboris rami parvi. Folia autumno amittit, novo vere recipit. Hyemem non extimescit, sed gelidissimam fert. Ex crassis platani truncis, naviculas confici ab Athor. montis incolis auctor Bellonius. Plinius libr. 24. cap. 8. platani folia aduersari vespertilionibus ait. Älianu πλατεῖδας fugere folia platani scribit, Νυκτερίς aliis noctua, aliis vespertilio; sic dicta, quod noctu volent. De vespertilione, sive, ut aliis placet, noctua, hæc Älianu libr. I. hist. animal. cap. 37. οἱ πλατανοὶ λυματοφόρα αὐτοὶ τὰ οὐα τὰς νυκτερεῖδας, αἵμινοτι πάν σοφῶς. οὐ μόνο γέ τοις φύλαις φάιδρει μόνον, αἵμινα τεράστια εἰσάγονται. Εἰ τεράστια εἰσάγονται τὸ ιπποτος φάεμακον ιακεῖον, πλατανόν φύλα τοις φύλαις τοις φύλαις. οὐ δὲ νυκτερεῖδες, οὐτοὶ τεράστιασσον, παρκάσσου τὸ ιπποτος λυπτὸν αἴδεισθε. Ciconeia ovis suis perniciem molientes vespertiliones sapientissime vindicant. Quum bœ itaque solo suo contactu ova ipsa sterilia efficiant, hoc remedio uiuntur ciconiae; platani folia in nidos suos inferunt, ad que accidentes, vespertiliones, corpore comprehensæ, perniciem efferre non queunt. Et hæc de platano.

Oι δὲ μυριάλια. Μυριάλια, ut Phavorinus tradit, nomen accepit, quod juxta aquas nascatur. Μυριάλια ἀλεξανδρίας, δυοιδές, κυπεροστεμμής, τοῦ πλατανίας σὺ ποταμοῖς. ή καὶ ποταμοὶ φυτός, ισιν, αὐτομάτως σὺ ποταμοῖς φυομένα. Scribe τοῦ πλατανίας, vel τοῦ πλατανίας ιτ. Myrica herba agrestis, graveolens,

*lens, forma cyparissina, nomen accepit, quod in fluviis (juxta fluvios) nascatur. Vel planta est in campestribus sponte proveniens. Qui *μεγάλη* herbam agrestem, vel sponte in campis nascentem tradiderit, repperi neminem. Arbor est, non herba; graveolentiam quandam habere dum viret non inficiat eo, forinamque aliquam cyparissimam habere folia, non nego, sed unde *μεγάλη* nomen accepit, quod justa fluvios assurgat, imaginari nequeo. Minus longe peritum, *λόγος μύρης*, quod stillo & fluo denotat. *Μυρίνη* nomen impositum, quod fluviorum origo sit ex aquis è montibus fluentibus, ac stillantibus. Becano, ingenio sagacissimo, si quis fidem adhibere velit, ac credere omnia vocabula ab Allemanniis ac Belgis originem trahere, facile etymon inveniet. *μεγάλη* tum sonabit *meertje*, quod divinitas aquarum Belgis denotat. Certe ad ripas aquarum lubenter nascitur, præsertim iis in locis ad quæ torrentes & flumina non solum restagnant, ut ad Rhenum, ad Tagum, Istrum, aliaque magna flumina. Cum igitur restagnantis aquæ calvitii frutex hic gaudet, merito apud Græcos unius vocalis mutatione, myrice nomen accepit. Quæ de natali solo myricæ scribit, verisimilis sunt. Dioscorides lib. 1. cap. 116. *μεγάλη διδέρη* ήτι *γνώμων*, *τοῦ λίπαρος* & τοῖς συντομούς οὐδεσ φύσισ. Myrica nota arbor est, apud paludes ac resedes stagnantesque aquas nascens. Hæc Botanicis Doctissimis minime placent. In Italia, inquit, oppositum evenit. Nam reperitur in fluminum ripis non in stagnis paludibusque. Quare admirari satis nequeat, quod apud paludes nasci dixit Dioscorides. Itaque Dioscoridis codicem hoc loco depravatum credunt, aut in Græcia, secus quam in Italia myricam proximè stagna ac paludes oriri. Apud Amstelodamum mirum in modū crescit tamarix, sed adversus hyemis injurias defendi debet; per quam secundè alioquin crescit, ac proficit. Amstelodamensem vero terram paludosam esse, nemo negabit, nisi Amstelodamum non viderit. Sed vox *λίπαρη* apud auctores latè sumitur; interdum pro ipso mari. Helychius, *λίπαρη* ή *θάλασσα*, *νήσος* ὁ *αἰγαλεῖς*. Hac significatione apud Homerum Iliad. 5. ponitur.*

— Εὐθα δὲ οἱ πλατὰ δώματα βένθεσι λίπαραι  
χρύσα, μαρμαροντα πεύκαται αἴφθιται.

Aliquando flumen denotat. Suidas, *λίπην* ή *θάλασσα* παρ' Ομήρῳ. Εὸν *αἰγαλεῖς*, καὶ οἱ ποταμοί. οὐτοὶ τὸ γανὺς οὐδετὶ ιστι. Idem λίπητη mare apud Homerum significat, aliquando pro Oceano sonitur, nonnunquam flumen denotat; itaque generale videtur esse nomen. Dioscorides itaque cum τῷ λίπητη λίπητη nasco tradit, intelligit juxta fluvios maximè provenire. Immo, nisi dicamus Dioscoridem *ταυτόλογον*, vox λίπητη fluvios exponi debet. Σταύρωμα enim θάλατα resedes stagnantesque aquæ, a paludibus, vel nihil, vel parum differunt. Hæc licet ita se habeant, non tamen facile quis persuaderit, Græcos vocem *μεγάλη*, à Belgica vel Allemannica voce *meertje*, habere. Græca lingua Belgica Allemannicaque multo antiquior. Sed de hac re qui velit pluribus disputet: alia Helychio sententia de voce *μεγάλη*, qui aliud etymon verius in medium adfert. *Μυρίνη* εἶδος διδέρη, ἐμπαστεῖς δότος μύρης, τῶν εἰς αὐτὴν μύροβακούσιν, τοῖς μύροις χρυσέν τυχαίσι. Myrica arboris genus, cui nomen δότο μύρης, hoc est lugendo, quod, ut fabulae tradunt, *Cinyria* filia in hanc conversa sit. Cinyras hic, ut Suidas tradit, Cypri rex fuit. Sed & aliae causæ cur δότο μύρης nomen huic arbori impositum. Ac primo, quod improborum est corona. In legibus Charondæ altero loco hæc fuit, ut qui calumniæ, dolique mali crimine convicti essent, per urbem circumvestarentur, coronati myrica, ut omnibus innoscerent, sicuti singulari improbitate insignes. Diodorus Siculus libr. 12. Biblioth. *πόλεις τῆς ουκουφαντούσης γεγραμέναις τοῖς τοποῖς καταπιτοῦντις οὐφατωρθούσις μεγάλη*, οπός οὐ πάντα τοῖς πολίσις φαίνεται τὸ περτέρον τῆς πονηρίας καταπιπλόσι. διὸ καὶ πνας ἵπι πάντα τὸ ιγκλίματα καταδιηγόμενα, τὰ μύρης τῆς οὐθρίας τὸν κορνούλας. *ιγκνοῖος* ιατρὸς οὐ τὸ ζῆτον μεταποτοῦσα. Calumnia seu false criminatione convictis hanc pœnam irrogavit, ut myrica coronati per urbem circumducerentur, quo manifestè ad summum nequitie gradum illos pervenisse, civibus appareret. nonnullos ergo ob hoc flagitium condemnatos, quod tanta ignominia decus perferre non possent, violentis sibi manibus, sponte vitam abiropuisse tradunt. Ergo myrica fuit conveniens & dirū coronamentum illorum, qui essent valde improbi. Strabo lib. 15. Persarum tradidit sacerdotes, quoties illas diuturnas diras alicui imprentantur, tenere fasciculum virgarum myricarum tenuium. Tās δὲ ιταδός ποιοῦσσα πολὺς ξενος πάσσως μεγάλην λεπτήν δισκούσα κρατοῦσι. Imprecationes diu faciunt fasciculum my-

ricinarum tenuium tenentes. Non solum inter *ἀγράντος* steriles numeratur plantas, sed infausta habetur. Plinius libr. 13. cap. 21. In Syria & Egypto copiosa bac est, (myrica Egyptia) cuius infelicia ligna appellamus, (scribe appellat vulgus, vide libr. 23. cap. 9. *Vulgus infelicem eam arborem appellat*, ut diximus, quoniam nihil ferat, nec seratur unquam,) que tamen infelicia sunt Graecia. Eo spectat, quod antiquissimus Cato, arborem infelicem vocat quæ nullum fert fructum; contra felicem, quæ fructifera est. At vero Egyptia myrica fructum fert, quo nomine ergo infelix Egyptia & infelicior Graeca. Hoc docet libr. 16. cap. 26. cum ait, Infelices autem existimantur, damnataeque religione, quæ neque seruntur unquam, neque fructum ferunt. Utraque myrica damnata, sed myrica Italica sive vulgaris etiam sterilis. ergo infelicior, quam Egyptia. Duplici enim nomine infelix, quippe damnata & sterilis, cum Egyptia tantum damnata sit, non autem sterilis. Infelicem arborem Macrobius lib. 2. cap. 16. ex auctoritate Tarquinii prisci vocari ait, quæ fructum fert nigrum, atque in inferiorum deorum deorum tutela est. Arbores, inquit, quæ inferum deorum avertentiumque in tutela sunt, eas infelices nominant, alternum sanguinem felicem, sicut atram, quoque baccam nigram, nigrosque fructus ferunt, &c. Appellarunt & infelicem, ad quam capitis reus laqueo vitam finiret obiecto velatoque capite, quod ex illo diro & antiquo carmine constat,

Caput obnito arborei infelici suspendito.

recitato à Cicerone in Orat. pro Cajo Rabirio. Fortasse quis opinabitur, non fuisse morem apud veteres supplicium id ad aliam sumere arborem, quam quæ ex infelicius esset genere. Myrica neutra de causa fuit infelix, ac infausta: verisimilius quod in inferiorum deorum tutela esset. In funere Achillis cum propositum fuisse certamen cursus, Teucer, qui ibi erat, ut metam attingeret, myrica implicitus cum cecidisset, victoriā Aiaci tradidit.

Calab. libr. 4.

— Τὸν γὰρ ἡρακλέα βάλεν, ἥπτε αἴτη  
Οζόντες ἀλγινόεσσα βατυρίζοντες μερίκης,  
Τῷ δὲ ἄριστην γεγενέσθε ταμαδίς πίστε.

Hunc Deus aut fors noxia impedit  
In tristem ramum myricæ, altæ radice hærentis.  
Huic implicitus humili cadit.

Infesta ergo, & infelix arbor *μεγάλη*, & recte ei δότο *μύρης*, à lugendo nomen inditum. Sed quid impedit dicamus, à contrario *μεγάλης* δότο *μύρης*, nomen inditum, quod melancholicis prospicet, tristitiaeque & luctum omnem, quæ melancholiā comitari solent, pellat? Omnes quippe myricam adversum jam memoratum morbum commendant, ac extollunt. Nemo ignorat, adseri dolia & tamarice ad Rhenum nascentis concinnata, ad sextarium dimidium capacia, aut paulo majora, quibus contentus liquor, sive cerevisia, sive vinum fuerit, prodest spleneticis, melancholicisque. Hujusmodi vascula, antiquis etiam temporibus facta adversus idem malum legimus. Dioscorides libr. 1. cap. 116. *κατασκευασθεῖσα* δότο *τοις καταπιπλόσις* εἰς τὸν περιμένον, διὸ ιπτὰ τὸν περιπλόσι, οὐ τὸν δέ οὐ τὸν περιπλόσι ἀφιεισθεῖσα. Sunt & qui è caudice calices parent, quibus poculorum vice spleneticis uentantur, ceu datus in hujusmodi vasis potius *lēni* conferat. Corrigendum hac occasione Columella codex. libr. 7. cap. 10. de medicina suum. Ubi scribit, Solet etiam virtuosi splenis dolor, eas infestare, quod accidit, cum siccitas magna provenit, & ut Bucolicon loquitur poëma,

Strata jacent passim sua quæque sub arbore poma.

Nam pecus insatiabile est: sues enim, dum dulcedinem pabuli consequuntur, supra modum aestate splenis incremento laborant, cui succurrunt, si fabricentur canales extamaticibus & rusco, repleanturque aqua, & deinde sientibus admoveantur. Ita in cunctis codicibus. scribe cum Doctiss. Harmolao, si fabricentur canales tamatici & trunci, repleanturque, &c. E rusco canales fieri nequeunt, inepta ad illud planta. Vide Dioscoridem; vaticinia quoque in Lesbo per Myreces ramum fieri tradit Nicander in Theriac.

Καὶ μυρίκης λάζοι γέον πανακαρπία Θάμνον  
Μάρνη τὸ ζώστη γερόσιμον. ἦ τὸ Απόλλων  
Μαρτουρίας χορού πανος ἐδήκατο καὶ θέμιν αὐθεράν.  
*Protinus & sterilis myrica virgulta legitur  
Fatidicum vatum numen. quo reddere sortes  
Et responsa dedit fari Coryphaeus Apollo.*

*Cur πονηρία dixit, postea examinabo. Ad hos vē-  
sus Scholia festas, καὶ Σωτὴριοῦ τοῦ Ἀπόλλωνος μάθεις με-  
τεῖδει. διὸ καὶ ἐπίσημος τοῦ θέματος τῆς μυρείκης μάρτυρις Φοῖος. ἀλλὰ καὶ  
Μάργος, καὶ Σεκύδαιος μυρελάκης μαυτόντος ζύλῳ. οὐ γάρ εἰ τοῦ πολιτείας το-  
ποῖς ράβδοις μαυτόντος. Διὸν δὲ εἰ τῷ περιφέρει τῷ τεράτην συντάξεως,  
καὶ τοὺς μάρτυρες Φοῖο Μήδους ράβδοις μαυτόντοι. Ήρόδοτος δὲ ἵπτε  
τῇ τεπέτῃ, Εἰς αὐτούς, τοῖς πλοιοῖς παρήγαγε ποτε, καὶ εἰ τῇ Εύ-  
ρητῇ πότε οὐδὲ μυρείκης μαυτόντος οὐκέτε. Εἰ τοῖς Λίστοῖς ὁ Ἀπόλλων μυ-  
ρελάκης κλαῖεν εἶχε, οὐ δέ τοι Μυρελάκης πελάτης, καὶ Ἀρχαῖος Φοῖος  
εἰ τοῖς τοῖς Αρρενακτίδην, καὶ τὸ τοῦ Ερυθραίου πόλεμον, Φανητος  
τὸν Ἀπόλλωνα καθεύποντα, ξυρεύσαντο μυρελάκης κλάνα. οὐ Μητροφόρος εἰ  
τοῖς τοῖς συντάξεις αρχικόταν εἴναι φοῖος Φοῖος τοῦ μυρελάκη. Εἰ τοὺς  
Αἰγαίους εἰ τῷ Φύδιος πομπῇ ιεραφανῶν μυρείκη, καὶ τοῦ Φύδιος Μήδους  
τοὺς Μαργύν. Κορυπάτος πηγαὶ Θεοὶ αἱ μῆτραι καρύπτου γὰρ πόλεις Θεοτά-  
τας. γεράφιτα καὶ Οερπιώτης. Οερπιώτης γὰρ πόλεις Βοιωτίας, ὅπου  
Ιασονούλετος οὐδὲ Απόλλωνος. Apollo legem tulit, qua myri-  
ca ad vaticinia sua vates uterentur. Ideo insigne aliquod  
diumentum myricinum vocabant μάρτυρα, vatem. Magi ac Scy-  
tha ad vaticinia sua myrica virgis uebantur, & multis in  
locis ad virgas arbōrum vaticinia siebant. Dion in primo ter-  
tiae syntaxeos (compositionis) Medos vates ad virgas vati-  
cinari dixit. Herodotus in quarto & multis aliis locis tra-  
dit in Europa quosdam ad myricam vaticinari. & in Lesbo  
Apollinem ramos myrices tenere, unde Myricae dictus est.  
Archeus, in iis quæ memoria prodidit, de archianactide, &  
bello Erythraeo, (Arabico, vel rubri maris) tradit Apollinem  
in somno apparuisse, (Archagati summo ejus expeditio-  
nis imperator.) habentem myricæ ramum. Metrodorus lib.  
de consuetudine ait, myricam plantam esse antiquissimam,  
Egyptiisque in pompa Iovis myrica coronari; sicuti apud  
Medos, Magos. Corypheus, id est, Thessalicus. Corype urbs  
Thessalica, scribitur & Oryceus. Oropia civitas Boeotiae, ubi  
nobilissimum fuit templum Apollini dicatum. Myricam ab  
Hippocrate αφέμαλον, vocari doctissimi viri contendunt.  
Bis vox hæc reperitur lib. 2. de morbis mulierum. οὐ δέ π  
φίεται ὃ δέ. αφέμαλον φάεται καὶ τρίψις ἐν σίρᾳ δίδυοι, οὐ τριγωνο-  
χελοί. Quod si adhuc fluxus feratur, pro malum torrefac-  
etum & tritum ex vino, aut porri succum exhibeto, καρδιά  
εἰς τοῖς κυρτοῖσι, & αφέμαλον ἱλάφου κίρας εἰσα δίδυοι, τριγωνο-  
μούλοι. Hordeum cum repurgaveris promalum, & cornu cer-  
vinum ex vino subactum ad suffitum exhibeto. Hunc locum  
merito doctiss. Foesius suspectum habet. Regia, inquit,  
manuscripta αφέμαλον legunt. Quam lectionem etiam  
secutus videtur Calvus. Cornarius αφέμαλον myricam di-  
xit. Verum mihi lectio corrupta videtur, & αφέμαλον le-  
gi pro αφέσαλο, aut αφέσαλον. Sic enim legitur libr. de  
natura muliebri cadem in re, κρίταις πίθαις λειας ζυός τοῦ αχό-  
εις αφέσαλο. Hæc mitto. Indagandum, quæ πρόμαλον  
planta sit. Viri magni myricam esse contendunt, & hoc  
quidem argumento, quod Dioscorides myricam ad mu-  
liebria profluvia, præscribat, mulieribusq; vulvæ fluxio-  
ne laborantibus in defensionibus prodesse tradat; καὶ κοι-  
λαικοῖς ηρόκηται γοναῖς. — ιγνάδιο μάλε ῥεόκηται. Quin &  
in sessu mulieribus vulvæ fluxioni opportunus auxiliatur. Qui  
contrariam probant sententiam hoc argumento utuntur;  
quod apud Plutarchum prob. 1. libr. 4. symp. πρόμαλον  
ponatur in cibo caprarum apud Eupolum, cum μυρείκη  
ibidem apponat Plutarchus. οὐδέποτε γάρ αἰλυθές εἰς ἄλλα τοῦ  
ιδρὸς αἷς παρ Εὐπόλιδος αἴγας αἰνημαρτυρεῖσι, ὑμετεροῦ τοῦ τερ-  
φίου ὡς παμειρής Εἰ ποικίλων οὖσαν, οὐ τοῦ πάσι λεπτούσι, βοσκημέτο-  
υλης διπλοῦ πιεσθετήσι, ἀλάτης, πεπίνη, κρυμάσιον τοῦ πλόθους ἀπλαύοις,  
διπτερωγυνοῦ· καὶ πέρι πούτιστον ἐκκανιστοῦντος οὐδὲ φαῖ XXV. Σάιδη,  
καὶ σφιλακη πολύφυλλος, κρίπης, χίνος, μελίσσης, δρῦς καὶ τὸν μυρικίλην,  
πρόμαλον, πάμενος, φλόμος, αἵρεσις, καὶ δὲ, φησί, θύμερον. Ηὲς  
corruptissima, & maximopere lacera, nemo facile ne-  
gabat: sed damnum haud magnum perpessus hoc loco  
Plutarchi codex, facile restituī ac refarciri potest. Quippe  
apud Macrobiūm, ut ante nos doctiss. Henricus Stephanus observavit, Eupolidis Poëta elegantissimi versus,  
apud Plutarchum deperditi, reperiuntur. Macrobiūs ita-  
que libr. 7. Saturnal cap. 5. scribit. Notus, inquit, om-  
nibus Eupolis inter elegantes habendus veteris comœdiae  
Poëtar. Is in fabula que inscribitur Ηές, iudicat capras  
de Cibi sui copia in hac se verba jactantes.*

Βοσκέμει ύλης δύο παντοδαπής, ἐλάτης,  
Πεύκου, κευκάρους τε, πλόρθους απόπλευς δύο ορώγυγοις.

Καὶ τοὺς πούρους ἔτ' αὐλά' οἵνικοίσσιντο γένε  
Φάσοντο διώδη, καὶ σμιλακαὶ τὴν πολὺν Φυλλον.  
Κότινον, χρυνὸν, μελίσιαν, πεύκην, αἴλιαν, δρῦν, κιτ-  
τὸν, ερίκιον.  
Πρόμαλον, ράμνον, φλόμον, αὐθερικὸν κιαστὸν  
Φηγὴν, θύμα, θύμισθεν.

*Aia quid sit, ignoro. Ita versus hi habentur in editione ultima anni 1628. In Basileensi codice primum versus paulo aliter scriptum reperio,*

Βοσκόμετα ὑλης ἀπὸ παντοδαπῆς ἐλαττῖ,  
Ἄλλους μάθεται τινίσιν καρκίνων πλευρῶν αἰολοῦ οὐ

Altera prætitat. quintus vero verius plane anno  
dem legitur.

Kézben a űrben uszának gyakran elűzni nem sikerül.

In sequenti versu  $\kappa\delta\theta$  cum aspirata scribitur, Θ, eodem in versu φάρματος legitur. in Plutarchi variis lectionibus annotatum est in codice Turn. & Vulcob. legere μηδέποτε ἄπιον μελλον, ή κύπερον, πάμποι. Multa in his verbis observanda, quæ, data meliori occasione, examinabitur. Versus vero ipsos in hunc scribe sensum.

Βοσκόμεθ' υλης δέπο ταντόδαπῆς ἐλάτης.

Πείνε, κομάρους τη πλόρθους απάλας διποτεώγασμα.

**Καὶ πέπος τεύχισιν ἔτ' αὖλ' οἷς κυτίσουτ' ηρθή,**

Σφανὸν δύσιδη, καὶ σμίλακα τὸν τολύφυλον

Κόπινον οὐτῶν, μελίσαν, συκλῶ, ἄπιον, δρῦν, κιτῆρ

ἐπεικέω,

Πρόμαλον, ράμνον, Φλόμον, ανθερικὸν, κισθὲν.

Φύσιον, θύμον, θύμεγον.  
Neutrum (ait Plutarchus) verū est. alterum refellunt Eupolidis capre, alimentū suum predicantes, & à varietate omnibusq; generis materia laudantes. Sic enim loquentes facit.  
Omnigena nos materia pascit. abietis, ilicis, arbuti, surculos molles ac teneros decerpimus. tum præter hac cytisus, a boni odoris salvia, (vide caput de salvia,) & smilax multifolia, oleaster, lentiscus, fraxinus, fucus, pyrus, quercus, hedera, erica, myrica, rhamnus, verbascum, asphodelus, cistus, fagus, thymum, Thymbra, nos opibus alunt largè suis. Προμηλων igitur & μυρικη non sunt diversæ plantæ. Quod tamen quis acriter contendere velit μυρικη, non ipse legendum, is προμηλων exponat agnum, id est, viticem. Utrumque enim προμηλων significat. Hesychius προμηλως. μυρικη. ή αγνο. Apud Hippocratem myricam significat. Nam ad idem malum & viticem & promalum præscribit, ὡς αγνόν λαβογρά τε υπέρων, ἄγνον φύλλα στρογγυλά μίχαν. Si sanguis copiosius ex utero fluat, viticis folia ex vino nigro exhibet. Προμηλων ergo μυρικη. Latinis tamarix dicitur. Plinius lib. 13. cap. 21. Myricen & Italia, quam alii tamaricē, Achaea autem bryan sylvestrem. Restituit ex optimis libris Salmasius, Myricen Italia, quam tamaricem vocant. Idem lib. 24. cap. 9. Myricen, quam & tamaricem vocat, Leneus similem scopis ameriniſ dicit. Sanari ea carcinomata in vino decocta, tritaque cum melle illita. Arbitrantur quidam hanc esse tamaricem, sed ad liuenem præcipua est. Hæc corrupta esse nemino non videt. Antiquus codex; myricen quam & tamaricem vocat. Lenæus similem scopis ameriniſ. sanari dicit carcinomata in vino decocta tritaque cum melle illita. Arbitrantur quidam hanc esse tamaricam. sed ad liuenem præcipua est. In Toletano codice, ut Pintianus ait, legitur. Myricen camericen vocat Lenæus, similem scopis ameriniſ dicit. sanari ea carcinomata in vino decocta, tritaque cum melle illita. eandem esse arbitrantur quidam tamaricem. sed ad liuenem præcipua est. Doctissimus Pintianus legit. Myricen chamericens vocat Lenæus, similem scopis amarinis dicit, & Et cur chamericens vocat Lenæus? quod erica fruticosa arbor, tamarici similis, multo tamen brevior, auctor Dioscoride libr. 1. cap. de erice. Vocabat igitur myricen Lenæus, propter hanc similitudinem cum erice, & aucto dens ad ipsum myrices nomen, non myricen, sed chamericens, hoc est, secundariam ericen & imitariæ erice. Vox καρπανης nunquam in compositionibus similitudine significat, sed diminutione, & exiguitatem. Sic καρπανης καρπανητος καρπανητηρια, καρπανητος καρπανητηριο humili vel humili repes quercus, rubus, laurus, cerasifera, hedera, picea, aliaq; infinita, καρπανης additum habent, quod mino sint, vel humili repant. Quomodo ergo myricen Lenæus vocavit chamericens? Rectius legeretur, myricen, quam ericen vocat Lenæus, ut pro similitudine, quæ inter myricen